



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

Sessio XXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**



pleno iure ad illos non pertinent, institutio, & destitutio ad eos non spectat, sed Presbyteri ad illos presentandi ab Episcopo sunt instituendi, de quo etiam Erasmi à Cochier de iurisdic. ord. in exempros, p. 4. quæst. 80. Hieron. Roder. in compendio quæst. regul. resolut. 15. num. 13. ubi ait per

multa privilegia Apostol. collationem, & institutionem beneficiorum Regularium, etiam auctorizabilem, pertinere ad Monachos, & ad monasteria, quibus sunt unita, nec Episcopos in eorum vacatione posse edicta proponere, nec ad concursum vocare.

*Presentetur beneficiandus ipsi Ordinario, aliàs institutio sit nulla.*

C A P V T X I I I.

- 1 *Intelligitur quoad examen dumtaxat ab Ordinario faciendum de persona presentati.*
- 2 *Institutiones inferioribus ex immemorabili competentibus non sunt sublata per Concil.*
- 3 *Capitulum Sede vacante potest presentatos Cleri-*

*cos à patronis instituere.*

- 4 *Vicarius Episcopi, seu Capituli Sede vacante habens mandatum generale potest instituere presentatos.*
- 5 *Edictorum relaxatio in hac materia ad eos spectat, ad quos ante Concil. spectabat.*

<sup>a</sup> Vide sess. 25. c. 9. c. illud & c. relatum. de iurepatron. Cōc. Maguntien. tempore Arnulphi c. 4. Concil. Salegustad. c. 13. & infr. c. 9.

**N**on liceat præterea<sup>a</sup> patrono cuiusvis privilegij prætextu, aliquem ad beneficia sui iuris patronatus, nisi Episcopo loci Ordinario, ad quem prouisio, seu institutio ipsius beneficii cessante privilegio, iure pertineret, quoquomodo præsentare: aliàs præsentatio, ac institutio, forsan, & secuta, nulla sint, & esse intelligantur.

**R**efert decifum Armendar. in addit. ad recop. legum Navarra lib. 4. tit. 30. l. 1. de iurepatron. num. 63. hoc decretum intelligendum esse quoad examen dumtaxat ab Ordinario faciendum de persona presentati, secundum cap. 13. sess. 7. non autem intelligendum ut censetur ablata institutio, quam saluam esse omnibus Episcopo inferioribus hoc idem Concilium voluit sess. 25. c. 9. ver. quod si ad inferiores, nec per id censeatur sublatae fundationes, veluti si fundator Capellæ reliquerit institutionem Capitulo.

2. Institutiones Archidiaconis, & alijs inferioribus ex immemoriali competentes non esse per Concilium sublatas, refert decifum Nicol. Garc. de benef. p. 9. c. 3. n. 19. ad 1. Capitulum Sede vacante posse presentatos clericos à patronis instituere, resoluunt Quarant. in summa Bullar. ver. b. Sede vacante q. 9. ver. quæ conclusio. Nicol. Garc. p. 5. cap. 7. num. 54. Azor. in sit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 38. q. 2. Ego ipse d. p. 3. alleg. 72. num. 183.
4. Vicarium Episcopi, seu Capituli Sede vacante non habentem mandatum limitatum, sed generale, posse instituere presentatos, probat cap. ex frequentibus, de institut. & ibi gloss. & Doctores, & in cap. fin. de officio Vicarij, lib. 6.

Roch. de Curte de iurepatronat. ver. competens, quæst. 31. Miles ver. Vicarius Episcopi, Couarr. lib. 3. variar. cap. 20. num. 7. Soar. de Pace in pract. tom. 2. prælud. 3. num. 7. & 8. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. à num. 78. Zerol. in practi Episcop. part. 1. ver. Vicarius, §. 14. Azor. d. part. 2. lib. 3. cap. 44. quæst. 5. & lib. 6. cap. 22. quæst. 3. Nicol. Garc. de benef. part. 5. cap. 8. num. 84. cum seqq. Sbroz. de officio Vicarij lib. 2. quæst. 3. per tot. ubi num. 15. aduertit quod licet in hoc decreto dicatur institutionem fieri non debere nisi ab Episcopo loci Ordinario, & quod propter illas particulas, quoquo modo, & nisi, videantur exclusi similes casus, dissimiles, æquales, & maiores expressis, ac indirectos, tamen Vicarij non sunt similes, nec æquales, nec maiores Episcopis, sed vnus, & idem cum illis, ac prouide exclusi non censentur, sed Archidiaconi, Archipresbyteri, Decani, & Prapostiti.

Edictorum, siue citationum ad vocandos oppositores relaxatio, quæ fieri debet in presentationibus patronorum, & edicta ponere ante institutionem iurispatronatus, ad eos spectat, ad quos ante Concil. spectabat. Ita refert decifum Nicol. Garc. de benef. p. 9. cap. 3. num. 19.

S E S S I O X X I.

Laicos, & Clericos non conficientes, non adstringi iure diuino ad Communionem sub vtraque specie.

C A P V T P R I M V M.

- 1 *Doctores de materia cap. agentes.*
- 2 *Clerici non conficientes Eucharistiam sibi administrare possunt.*

- 3 *Laicus nisi in necessitate extrema mortis, & in absentia Sacerdotis Eucharistiam sibi administrare nequit.*

**I**T A Q V E sancta ipsa Synodus, à Spiritu sancto, qui spiritus est sapientiæ, & intellectus, (spiritus consilij), & pietatis, edocta, atque ipsius Ecclesiæ<sup>a</sup> iudicium, consuetudinem secuta, declarat, ac docet, nullo diuino præcepto laicos, a Clericos non conficientes, obligari ad Eucharistiæ Sacramentum sub vtraque specie sumendum, neque vlllo pacto, salua fide dubitari posse, quin illis alterius speciei Communio ad salutem sufficiat: nam<sup>b</sup>, etsi Christus Dominus in vitima cena venerabile hoc Sacramentum in panis, & vini speciebus instituit, & Apostoljs tradidit: non tamen illa constitutio, & traditio eò tendunt, vt omnes Christi fideles statuto Domini ad vtramque speciem accipiendam astringantur. Sed neque ex sermone illo, apud Ioannem, sexto, recte colligitur vtriusque speciei Communionem à Domino præceptam esse, vtrumque iuxta varias Sanctorum Patrum, & Doctorem interpretationes intelligatur. namque qui dixit<sup>c</sup>: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque<sup>d</sup>: Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et qui dixit<sup>e</sup>: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam<sup>f</sup>: Panis, quem ego dabo, caro

<sup>I</sup>bidem. <sup>a</sup> Cōc. Constant. sess. 13. infra can. 2.

<sup>b</sup> Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22. 1. Cor. 11.

<sup>c</sup> Ioann. 6. <sup>d</sup> Ibidem.

<sup>e</sup> Ibidem.

<sup>f</sup> Ibidem.



caro mea est pro mundi vita. Et denique qui dixit <sup>g</sup>; Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo: dixit nihilominus <sup>h</sup>; Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. <sup>g</sup> Ibidem. <sup>h</sup> Ibidem.

1. Vide Hesselan, de Communionem sub vtraque specie, Card. Bellarm. lib. 4. de Euchar. cap. 24. Valent. tom. 4. disp. 6. quæst. 6. puncto 5. Henriquez in summa lib. 8. de Eucharistia, cap. 44. in princ. Iodoc. Coc. in thesauro Catholico tom. 2. lib. 6. art. 2. latè Hurtado de Sacramentis disput. 10. diffie. 5. vbi latè probat laicos non teneri sub vtraque specie, sed licite posse sub specie tantum panis communicare. Petr. de Ledesma in summ. p. 1. de Sacrament. vbi de Eucharistia, cap. 16. conclus. 2. Aegid. de ConincK de Sacram. tom. 1. quæst. 80. num. 111. cum seqq. & quæst. 73. num. 36. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 29. num. 58. in fine. & num. 59. Filliuc. in quæst. moralibus tom. 1. tract. 4. cap. 7. num. 201. Bonacina de Sacramentis disput. 4. quæst. 2. puncto 3. à princ. & quæst. 1. puncto 4. num. 5. querit vtrum Sacerdos communicans sub vtraque specie plus gratia recipiat, quam recipit laicus, qui sub vna tantum specie communicat? de quo etiam Hurtado dicit. tract. de Eucharist. disput. 11. difficul. 6. per tot.
2. <sup>a</sup> Et clericis non conscientibus. ] An hi non conscientibus sibi Eucharistiam administrare possint? Resp. affirmatiuè Vgolin. de officio Episcopi cap. 15. §. 7. num. 9. quem re-

fero de officio & potest. Parochi, c. 20. nu. 24. tum quia & coniuges matrimonium sibi administrant praesente eorum Parocho, & duobus testibus; tum etiam, quia indulgentia concessa à Prelato, & ipse recipere eam potest; & subdit non repugnare, differentiam esse debere inter dantem, & accipientem, ac proinde non posse quem se ipsum baptizare, quia ea Sacramenta dum administrantur sunt, & in Baptismo quod generationem significat, sicut non potest quis se ipsum generare, ita nec potest se ipsum baptizare, cap. debitum, de Baptismo; & in penitentia debet quis iurisdictionem habere.

At Eucharistia per modum cibi sumitur; ergo per se administrare ipse Sacerdos sibi potest, sicut cibum sumere, non autem laicus, quia ipsi prohibitum est eam tangere, arg. cap. tribus, de consecr. dist. 2. nisi in necessitate extrema mortis, & in absentia Sacerdotis, secundum Soar. tom. 3. q. 82. disput. 72. sect. 3. Possunt de officio Curati cap. 8. num. 24. afferentes exemplum Reginae Scotiae, quae se ipsam communicauit, dum statim esset occidenda, quod tamen factum dicunt forsitan de Summi Pont. licentia processisse.

*Ecclesiae potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiae.*

C A P V T II.

**P**raeterea declarat, hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorù dispensatione, salua illorum substantia, ea statueret, vel mutaret, quæ suscipientium vtilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicaret. id autem Apostolus non obscure visus est innuisse <sup>a</sup>, cum ait: Sic nos existimet homo, vñ ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, atque ipsum quidem hac potestate vsum esse, satis constat, cum in multis alijs, tum in hoc ipso Sacramento, cum ordinatis nonnullis circa eius vsum <sup>b</sup>. Cætera, inquit, cum venero, disponam. Quare agnoscens sancta mater Ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christianæ religionis non infrequens vtriusque speciei vsum fuisse, tamen progressu temporis, latissime iam murata illa consuetudine, grauib; & iustis causis adducta, hanc consuetudinem sub altera specie comunicandi <sup>c</sup> approbavit, & pro lege habendam decreuit, quam reprobare, aut sine ipsius Ecclesiae auctoritate pro libito mutare non licet.

<sup>a</sup> 1. Cor. 4.  
<sup>b</sup> 1. Cor. 6.

<sup>b</sup> 1. Cor. 11a

<sup>c</sup> Concil. Constant. sess. 13.

Vide Henriq. in summa lib. 8. de Eucharistia, cap. 44. §. 3. Vasquez in 3. part. tomo 3. disputat. 223. numero 22. Sanchez de matrim. libro 3. disputat. 22. num. 27. Aegid. de ConincK de Sacrament. & censur. tomo 1. quæst. 80. num. 121. Filliuc. in quæst. moralibus tomo 1. tractat. 4. cap. 7. num. 203.

*Totum, & integrum Christum, ac verum Sacramentum sub qualibet specie sumi.*

C A P V T III.

**I**nsuper declarat, quamuis Redemptor noster, vt antea dictum est <sup>a</sup>, in suprema illa cœna hoc Sacramentum in duabus speciebus instituerit, & Apostolis tradiderit, tamen fatendum esse, etiam sub altera tantum specie, totum <sup>b</sup>, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi, ac propterea, quod ad fructum attinet, a nulla gratia, necessaria ad salutem eos defraudari, qui vnam speciem solum accipiunt.

<sup>a</sup> Matth. 26.  
Marc. 14.  
supra cap. 1.  
1. Cor. 11.  
<sup>b</sup> Cap. qui manducat, qui inuitat cap. singuli de conf. dist. 2. supra sess. 13. cap. 2. & con. 3. de Sac. Euchar.

Vide Petr. de Ledesma in summ. p. 1. de Sacrament. vbi de Eucharistia, c. 7. concl. 1. & 4. Balduin. iun. super opera controuers. Bellarmini p. 2. lib. 3. c. 8. à princ. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 29. num. 37. & 38. Aegid. de ConincK de Sacrament. tom. 1. quæst. 76. art. 3. num. 32. & 33. Carrasc. in interpretat. ad aliquas leges nouæ recop. c. 1. num. 11. Fagundes in quinq. Ecclesiae præcepta, præc. 3. lib. 4. cap. 4. num. 2. latè Ioan. de Lugo de Sacrament. tom. 1. tract. de Eucharistia disput. 8. sect. 1. à num. 2. Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de Eucharist. disput. 1. diffie. 4. vers. ita tamen. & disput. 5. diffie. 1. in princ. Bonacin. de Sacrament. disput. 4. q. 3. punct. 5. num. 2. vbi num. 3. ait Christum existere totum sub speciebus.

colleat. in Concil. Trid.

ciebus non solum quoad substantiam, verum etiam quoad accidentia, videlicet quoad quantitatem, & qualitatem, & num. 4. asserit Christum quoad substantiam, & accidentia non solum existere sub qualibet specie, verum etiam sub qualibet parte specierum, de quo etiam latè Hurtado d. disp. 5. de Eucharistia, diffie. 9. vbi ait Theologos conuenire, Christum esse totum in tota materia consecrata, & totum in qualibet parte materie, in qua est corpus, aut sanguis Christi, sicut anima rationalis est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis. & diffie. 10. querit vtrum totus Christus sit sub indiuisibilibus specierum panis, & vini?

K 3 a. Nulla



a. Nulla gratia necessaria ad salutem eos defraudari, &c.] Dum docet hic text. sub altera tantum specie totum Christum contineri, & verum Sacramentum sumi, ac propterea nulla gratia ad salutem necessaria defraudari, qui vnam speciem solam accipiunt, videtur probare vtramque speciem non conferre plus gratie, quam alteram tantum, vt per Calet. *quest. 80. art. 12. Sot. in 4. dist.*

12. *quest. 1. art. 12. Martin Ledesma 1. par. 4. quest. 21. art. 12. dub. 2. Petr. Sor. lect. 10. de Eucharist. Hesse. in de Communionis sub vtraque specie tract. 1. Suar. disput. 63. de Eucharist. sect. 2. Aegid. de ConineK. de Sacrament. quest. 79. art. 1. numer. 14. quicquid post Alex. Casaliu nostrum, & Vasquez dicat Hur. ado d. *disp. 11. de Eucharist. diff. 6.**

Paruulos non obligari ad Communionem sacramentalem.

C A P V T I V.

1 Doctores de materia cap. agentes.

2 Infantes si daretur eis Communio, recipiens gratiam.

3 Parochus communicare non potest perpetuo, & absolute fatuos, sed tantum semifatuos, tempore quo habent dilucida intervalla.

a Infrà can. 4. b Tit. 3.

**D** Enique eadem sancta Synodus docet <sup>a</sup> paruulos, <sup>a</sup> vsu rationis carentes, nulla obligari necessitate ad sacramentalem Eucharistiae communionem, siquidem, per <sup>b</sup> Baptismi lauacrum regenerati, & Christo incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa aetate amittere non possunt, <sup>β</sup> neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem in quibusdam locis aliquando seruauit. Vt enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe, eos nulla salutis necessitate id fecisse, sine controuersa credendum est.

1. **V** Ide Henríquez in *summ. lib. 8. de Eucharist. cap. 42. à princ. Galet. in margarita casuum conscient. verb. Eucharistia pag. 102. col. 1. Vasq. in 3. p. tom. 3. disput. 212. num. 17. & disp. 214. num. 35. Petr. de Ledesma in *summ. par. 1. de Sacrament. vbi de Eucharistia. cap. 13. concl. 7. Valer. Reginal. in praxi fori ponit lib. 29. quest. 4. nu. 83. Aegid. de ConineK. de Sacrament. tom. 1. q. 80. art. 9. à num. 72. Bonacin. eod. tract. disp. 4. quest. 1. puncto 3. num. 2. Filiuc. in *quest. moralibus tom. 1. tract. 4. cap. 7. num. 185. & 187. Ioan. Sanci. in select. disp. 38. n. 1. & 9. late Ioan. de Lugo de Sacram. tom. 1. tract. de Venerabili Eucharist. Sacramento disp. 13. sect. 2. num. 8. cum seqq. Torrelblanca de iure spirituali lib. 2. cap. 7. num. 65. cum seqq. vbi etiam quod in septimo aetatis anno paruulis danda est Eucharistia cum Pœnitentia. Hurtado de Sacram. tom. 2. tract. de Eucharist. disp. 9. diff. 4. vers. circa infantes.***

2. Infantes si darentur eis Communio recepturos gratiam, resoluunt Victoria in *summ. verb. Eucharistia, num. 84. in fine. Soar. tom. 3. disput. 62. sect. 4. Barthol. ab Angelo dialog. 4. §. 23. Petr. de Ledesma d. cap. 13. concl. 8. dubda 2. Aegid. de ConineK. d. q. 80. art. 9. num. 77. Bonacin. d. puncto 3. num. 2. vers. obseruant. post Suar. & Vasq. ita resolut Ioan. de Lugo vbi supra, Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de Eucharist. disput. 9. diff. 19. Ratio est secundum illos, quia cessante prohibitione Ecclesiae, posset Eucharistiae Sa-*

cramentum ob iustam causam dari paruulis, sicut olim dabatur; ergo signum est paruulos esse capaces Eucharistiae, & consequenter recepturos ipsius effectum, si ipsis administraretur.

a *Vsu rationis carentes.*] Vnde perpetuo, & absolute fatuos in sanitate communicare non posse Parochum, sed tantum semifatuos, & non continuo amentes tempore, quo habent dilucida intervalla, resoluunt Henríq. d. lib. 8. cap. 42. §. 3. Bonacin. d. disp. 4. q. 6. puncto 1. ex num. 4. Paul. Laymann in *Theologia morali lib. 1. tract. 4. cap. 4. Villalob. in summ. p. 1. tract. 7. dub. 40. num. 3. Sanci. in select. disput. 26. num. 5. & disp. 36. num. 9. Antonin. Diana resolut. moral. part. 2. tract. de celebrat. Missar. resol. 79. quos refero de officio, & potest. Parochi cap. 20. num. 19. vbi num. 43. de infirmo delirante. Hurtado d. disp. 9. diff. 20.*

β *Nec tamen ideo damnanda est antiquitas, &c.*] Olim namque consuetudo fuit in varijs prouincijs conferendi Eucharistiam infantibus, vt constat ex Dionysio de Eccles. hierarch. cap. 7. & ex Cypriano lib. de lapsis, & ex Gregorio Magno in suo Missali veteri, quod Romae extat, & id fuisse in Hispania consuetum, supponit Concil. Tolet. XI. can. 11. refert Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de Eucharist. disput. 9. diff. 19. vers. Ricard. & Aegid. de ConineK. d. art. 9. num. 75.

De Communionis sub vtraque specie, & paruulorum.

1 Excommunicantur ducentes omnes Christi fideles ex Dei præcepto, vel necessitate Sacramenti debere sumere vtramque speciem S. Eucharistiae.

2 Ecclesia iustis de causis præcepit laicis, & clericis non conscientibus Communionem sub vna tantum specie.

3 Totus, & integer Christus sub vna panis specie

sumitur.

4 Paruulis non est necessaria Eucharistiae Communio.

5 Pueri in qua aetatis parte incipiant habere discretionem sufficientem ad obligationem præcepti communicandi, relinqui debet arbitrio Confessarij & parentum.

a C A N O N I.

**S** I quis dixerit, <sup>a</sup> ex Dei præcepto, vel necessitate salutis, omnes & singulos Christi fideles vtramque speciem sanctissimi Eucharistiae Sacramenti sumere debere, anathema sit.

β C A N O N I I.

Si quis dixerit, sanctam Ecclesiam <sup>b</sup> Catholicam non iustis causis, & rationibus adductam fuisse, vt laicos, atque etiam Clericos non conscientibus sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo errasse, anathema sit.

γ C A N O N I I I.

Si quis negauerit totum, <sup>c</sup> & integrum Christum omnium gratiarum fontem, & auctorem, sub vna panis specie sumi, quia, vt quidam falso asserunt, non secundum ipsius Christi constitutionem sub vtraque specie sumatur, anathema sit.

δ C A.

a Concil. constant. sess. 13.

b Suprà c. 1. & Concil. constant. de com. loco. c. 3. & can. 3. c. 3. & can. 3. Concil. constant. sess. 13.



§ CANON IV.

Si quis dixerit <sup>d</sup>, parvulis, antequam ad annos discretionis pervenerint, necessariam esse Eucharistiae communionem, anathema sit.

Duos verò articulos <sup>e</sup>, aliàs propositos, nondum tamen excussos, videlicet: An rationes, quibus sancta Catholica Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos, atque etiam non celebrantes Sacerdotes, sub vna tantum panis specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione Calicis vsus cuiquam sit permittendus, & An, si honettis, & Christianæ charitati consentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno Calicis vsus videatur, sub aliquibus conditionibus concedendus sit, & quænam sint illæ: Eadem sancta Synodus <sup>f</sup>, in aliud tempus, oblata sibi quàm primum occasione, examinandos, atque definiendos referuat.

1. <sup>a</sup> CANON I. ] Vide Cardin. Bellarmin, in contro-  
vers. Cathol. lib. 4. de Eucharistia, cap. 20. cum seqq.  
Henric. in summ. lib. 8. de Eucharistia, cap. 22. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 29. num. 58. in fine. Aegid. de  
Coninck de Sacrament. tom. 1. q. 80. num. 111. cum seqq. Fil-  
liuc. in quest. moral. tom. 1. tract. 4. cap. 7. num. 201. Hurtado  
de Sacrament. tom. 2. tract. de Eucharist. disput. 10. diffie. 15.
2. § CANON II. ] Vide Aegid. de Coninck de Sa-  
crament. tom. 1. quest. 80. num. 121. ubi percurrit iustissimas  
rationes, quas habet Ecclesia præcipiendi laicis, & clerici-  
cis non conscientibus Communionem sub vna tantum  
specie, idem tradit Hurtado de Sacrament. tom. 2. disput. 10.  
de Eucharistia diffie. 5. vers. supposito.
3. § CANON III. ] Vide Balduin. iun. super opera  
controvers. Bellarmini part. 1. lib. 3. cap. 8. à princ. Aegid. de Co-

- ninck de Sacram. tom. 1. q. 76. art. 3. à num. 32.  
§ CANON IV. ] Vide Hentig. in summ. lib. 8. 4  
cap. 3. §. 4. Bonacin. de Sacrament. disput. 4. quest. 3. puncto 3.  
num. 2. Vincent. Filliuc. in quest. moral. tom. 1. tract. 4. num. 40.  
Hurtado de Sacrament. tom. 2. tract. de Euchar. disput. 9. diffie.  
4. vers. circa infantes.  
Relinqui debere arbitrio Confessarij & parentum in  
qua atatis parte incipiant pueri habere discretionem  
sufficientem ad obligationem præcepti communicandi,  
resolunt Soar. tom. 3. disp. 70. sect. 1. Valer. Reginald. in pra-  
xi fori penit. lib. 29. n. 83. Aegid. de Coninck de Sacram. tom.  
1. q. 80. art. 11. dub. 3. nu. 102. Iacob. de Graff. in aureis decis. f.  
1. lib. 2. e. 38. num. 15. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 7. cap. 3. q. 10.  
Posselin. de officio curati. e. 8. num. 9. & 10. Bonacin. d. disput. 4.  
q. 7. punct. 2. n. 2. Ego ipse de officio, & potest. Parochi e. 20. n. 18.

DE REFORMATIONE.

Episcopi gratis debent ordinare, dimissorias, & testimoniales dare, nec illi, eorumve mini-  
stri aliquid pro sigillo etiam sponte oblatum recipere possunt. Vbi est consuetudo aliquid  
recipiendi pro litteris, nihil capiatur à Notarijs pro officio ultra decimam vnius aurei  
partem, modo aliunde ijs non suppetat salarium, &c.

CAPVT I.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Ordinator non potest accipere ab Ordinario aliquam mercedem.
- 3 Diaconi qui soluerunt decem scuta suo Ordinario pro obtinendis litteris dimissorialibus, incidunt in simoniam.
- 4 Simonia committitur si prouisio fiat mercede, & pretio.
- 5 Episcopi, eorumque vicarijs nihil licet accipere pro executione litterarum Apost. dispensationum matrimonij, & absolutionum.
- 6 Litteræ publicatorie gratis concedi debent.
- 7 Dimissoria, commendatitia, aut testimoniales litteræ gratis concedi debent.
- 8 Ordinum collatores, siue illorum ministri nihil accipere debent ab illis, qui ordinantur.
- 9 Beneficiorum collatores, nil pro collatione, seu qua-  
uis alia dispositione beneficiorum directè, vel indi-  
rectè accipere, vel exigere possunt.
- 10 Cancellarius quid possit accipere pro collatione & institutione Ecclesiarum.
- 11 Notarij quid pro singulis litteris dimissorijs, aut testimonialibus recipere possint.
- 12 Commendatitia, aut testimoniales litteræ gratis concedendæ.
- 13 Episcopo, vel eius vicario non licet quicquam accipere pro dispensationibus matrimonialibus.
- 14 Notario, vel Cancellario ex quibus nihil liceat accipere.
- 15 Ex quibus aliquid liceat percipere.
- 16 Notarij possunt aliquid accipere pro singulis litteris dimissorijs, aut testimonialibus quando nullum habent stipendium constitutum ab Episcopo.
- 17 Verba hæc important graues, & grauiorès pœnas.

Quoniam <sup>a</sup> ab Ecclesiastico ordine omnis avaritiæ suspicio abesse debet, nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam clericalis tonsuræ, nec pro litteris dimissorijs, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, a etiam sponte oblatum Episcopi, & alij Ordinum collatores, ß aut eorum ministri quouis pretextu accipiant. Notarij verò in ijs tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissorijs, aut testimonialibus decimam tantum vnius aurei partem accipere possint: § dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo, nec Episcopo ex notarij commodis aliquod emolumentum ex eisdem Ordinum collationibus directè, vel indirectè prouenire possit, tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino teneri decernit, contrarias taxas, ac statuta, & consuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potius abusus, & corruptelæ, simoniacæ prauitatis fauentes, nuncupari

<sup>d</sup> Suprà in princ. & c. 4.  
<sup>e</sup> Sess. 12. in decreto.  
<sup>f</sup> Infra sess. 22. in fin.

<sup>a</sup> Vide 1. La-  
teran. ea 6. 3.  
Concil. Cal-  
cedon. actio-  
ne 15. c. 2.  
Concil. Au-  
relian. 2. c. 3.  
Concil. Tol.  
8. cap. 1. cap.  
sicut Episco-  
pum 1. q. 1. &  
c. 1. de simo-  
de quibus  
Miluitan.  
Concl. c. 14.



eupari possunt, penitus cassando, & interdicendo, & qui fecus fecerint, tam dantes, quàm accipientes, & *plura diuinam ultionem*,<sup>b</sup> penas à iure inflictas ipso facto incurrant.

1. Vide Nauarr. *in man. cap. 22. num. 18. & conf. 1. de censib. in vtraque edit. Sayr. in floribus dec. sub eod. tit. dec. 1. Matth. Soar. in pract. & ordine visitandi cap. 18. num. 6. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 23. cap. 14. num. 197. in fine. Franc. Leon. in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. cap. 4. num. 27. Sbroz. de Officio Vicarij lib. 2. quæst. 42. Campan. in diuers. iuris canon. rub. 1.1. cap. 17. per tot. Narbona l. 33. gloss. unica num. 6. tit. 25. lib. 4. noua Recopil. P. Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de Simonia cap. 20. num. 9. cum segg. & c. 53. num. 5. vbi quòd decretum in præsentem comprehendit quancunque vocem, vel actionem ministrantium collationi Ordinum, metipsam in collect. ad c. 1. de simonia.*
2. Non posse Ordinatorem accipere ab ordinato aliquam mercedem, munerem, nec quidem forfices, mappas, petlines, vel similia, sed tantum cererum, refert decifum Piafec. in praxi Episcop. p. 1. c. 1. num. 55.
3. Diaconos, qui soluerunt decem feuta suo Ordinario pro obtinendis litteris dimissorialibus quarum vigore fuerunt ordinati ad Presbyteratum, incidisse in simoniã, & penas simoniãcis huiusmodi inflictas, resoluit Sel. in select. Canon. c. 10. num. 11. vbi refert ita fuisse decifum in nullius 7. Septembris 1630.
4. Simoniã committi, si prouiso fiat mercede, & pretio, vel cum aliquo pacto, & conditione, & non gratis probat ca. ordines 1. quæst. 1. cum allegatis per Nicol. Garc. de benef. part. 8. cap. 1. num. 14. Idem dicendum in prouisione Præceptoris S. Iacobi, Calatranae, & similibus, resoluit Nicol. Garc. d. tract. p. 1. c. 7. num. 4.
5. Episcopis, eorumque vicarijs nihil prorsus accipere licere pro executione litterarum Apostol. dispensationum matrimonialium, & absolutioinum, nec pro cognoscendis dispensationibus in gradu matrimonij prohibito; Notarijs verò licere dumtaxat quartam partem ducati accipere pro præsentatione rescripti, & pro examine testium, refert decifum Sel. d. c. 10. num. 15.
6. Prohiberi etiam aliquid recipere pro litteris publicatorijs, testatur resolutum Nicol. Garc. d. par. 8. cap. 1. num. 77. ad 4.
7. Dimissorias, commendatitias, aut testimoniales litteras gratis concedi debere, asserit decifum Nicol. Garc. d. c. 1. num. 77.
8. Ordinum collatores, siue illorum ministri, nihil accipere debent ab illis, qui ordinantur, etiam pro litteris dimissorijs, nec non pro sigillo, etiam si ab immemorabili tempore fuerit obseruatum, vt certum quid recipiatur. Notarij verò pro dimissorijs decimam partem aurei recipiant, si nullum habeant salarium pro officio exercendo, ex quo emolumento nihil directè, vel indirectè perueniat Episcopis. In Indijs verò in quibus res maximo pretio venduntur, Notarij possunt exigere loco dictæ decimæ partis vnus aurei, quantitatem permissam ex decreto s. mem. Sixti V. ita refert decifum Sel. d. cap. 10. num. 15.
9. Collatores beneficiorum quancunque dignitate præfulgeant, nihil pro collatione, seu quauis alia dispositione beneficiorum quouis quæsito colore directè, vel indirectè, etiam sub nomine Annata, aut cuiusuis alterius portionis fructuum, etiam à sponte dantibus, vel offerentibus accipere, aut exigere possunt, eorundem quoque collatorum Notarij, & alij quouis officiales, quibus tamen aliunde certum salarium constitutum est, eadem omnino obseruare debent. Illis verò, quibus salarium pro officio suo exercendo nullum constitutum est, licet in qualibet huiusmodi beneficiorum collatione, seu alia dispositione pro suo labore aliquam mercedem accipere, quæ tamen scriptura, sigillo, & cæteris omnibus computatis vnus aureum non excedat, & inde collatores ipsi nihil emolumenti percipere possint, alioquin tam dantes, quàm accipientes pœnis contra simoniacos editis sacris canonicis tenentur, ipsæque ipso facto incurrisse cœntur. Notarij autem, seu officiales alij à suis officijs suspensi sunt. Ita refert decifum Nicol. Garc. de benef. p. 8. c. 1. num. 76. & 77.

Episcopo non licere quicquam accipere, vel percipere directè, vel indirectè, vbi infra scripta expediuntur, dicit Sel. d. c. 10. num. 20. referens sic fuisse decifum in vna Vincent. Martij 1602. videlicet:

*Litteræ collationum, institutionum, seu prouisionum beneficiorum vacantium per obitum, vel per resignationem, etiã ex causa permutationis, vel alia. Litteræ dimissoriales, seu testimoniales, quæ conceduntur Presbyteris, seu clericis ad alias dioceses transituris.*

*Litteræ recipiendi Ordines ab alienis Episcopis.*

*Licentiæ dicendi Missas.*

*Licentiæ audiendi confessiones.*

*Licentiæ administrandi Sacramenta, excepta Penitentia.*

*Licentiæ deseruendi beneficijs curatis, aut simplicibus.*

*Licentiæ ordinandi se ad titulum patrimonij, seu approbationes huiusmodi titulorum.*

*Licentiæ absentandi se ab Ecclesijs, seu beneficijs.*

*Licentiæ erigendi capellas.*

*Licentiæ colligendi elemosynas.*

*Licentiæ sepeliendi cadavera intra Ecclesiam.*

*Mandatum de publicando in Ecclesia initiandos sacris Ordinibus.*

*Dispensationes ad duo beneficia etiam similia sub eodem tecto.*

*Litteræ approbationis concurrentium ad Parochialium vacationes in mensibus reseruatiss, quæ ad Sedem Apost. transmittuntur.*

*Approbationes iurispatronatus ex fundatione, vel dotatione.*

*Creationes vicariorum in Parochialibus.*

*Deputationes Oeconomorum dum beneficia vacant.*

*Executiones litterarum Apost. gratiam, seu iustitiam concernentium.*

a. *Etiã sponte oblatum.* Vide Soar. de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simonia cap. 49. num. 2.

b. *Aut eorum ministri.* Pro collatione, aut institutione Ecclesiarum, & præsertim curatarum, Cancellarium posse in singulis accipere mercedem suo labori conuenientem, quod tamen scriptura, sigillo, & cæteris omnibus computatis vnus aureum non excedat, & dummodo ipsi Cancellario salarium nullum pro suo officio exercendo constitutum sit, & ex pecunia quàm accipiet, nihil prorsus emolumenti collatores, aut institutores vlllo modo directè, vel indirectè, percipiant. Ita refert decifum Armeniar. in addit. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. de Episcopis num. 17. in resp. ad 1. & 2. Piafec. in praxi Episcop. p. 2. c. 5. num. 28.

γ. *Notarij verò, &c.* Vide Sbroz. de Vicario Episc. lib. 2. g. 42. Soar. d. c. 53. nu. 6. cum segg. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. dimissorie §. 7. Less. de iustit. lib. 2. c. 5. dub. 10. Azor. in iustit. moral. p. 3. lib. 12. c. 5. g. 1. Vgolin. de simon. tab. 1. c. 41. §. 4. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 23. nu. 200. Piafec. in praxi Episcop. p. 1. c. 1. n. 55. Stephan. V. Veyms ad constit. 24. ex iure antiquo desumptas, & per Concil. Trid. in nouar. const. 17. nu. 33. pag. 202. Narbona d. l. 33. gloss. unica n. 7. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 11. c. 6. g. 1. resol. 4. Cened. ad Decretal. collect. 177. n. 1. vbi sub dubio resoluitur videtur quòd post confecta instrumenta & tradita partibus possunt Notarij, quod ab ordinatis sponte offerunt recipere, de quo vide Matien. in dialog. relator. p. 3. c. 25. n. 5. Perez. l. 1. gloss. 1. post. med. tit. 9. lib. 2. ordin. Homobon. de Bonis d. c. 6. g. 12. resol. 1. in fine, facit Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 35. n. 14. in terminis Narbona d. l. 33. gloss. unica nu. 8.

Nihil exigendum pro dimissorijs, commendatitijs, aut testimo-

12.



testimonialibus litteris, refert decifum Armendar. d. tit. 18. de Episcopis num. 17. in respons. ad 3. quem cito de officio, & potest. Episcopi par. 2. allegat. 7. num. 26.

13. Pro dispensationibus matrimonialibus non licere Episcopo, vel eius vicario quicquam accipere, nec ratione taxæ etiam ex immemoriali consuetudine, nec ratione sigilli, vel alicuius alterius rei, afferit resolutum Armendar. d. tit. 18. de Episcopis nu. 10. in resp. ad 6. aduertens propterea decretum illud, quod solet poni in litteris dispensationum matrimonialium, vt nihil muneris, aut præmij sponte accipi possit pro illarum executione, ita intelligendum esse, vt neque Ordinarius ipse, neque vicarius eius quicquam pro mercede laboris, quem ea in re suscipere, capere possent, addit deinde Notarium pro examine testium quartam aurei, seu ducati partem licite accipere posse.

14. Notario, vel Cancellario nihil licere accipere, neque ratione scripturæ, neque sigilli, neque laboris, aut alio titulo, sed gratis his quorum interest debere præstare omnia infra ponenda, tenet Sel. d. c. 10. num. 21. attestans sic fuisse decifum in vna Vicen. 8. Martij 1602. videlicet.

Approbationem ad audiendas confessiones.

Licentiam administrandi Sacramenta.

Licentiam deseruendi beneficijs.

Licentiam sepeliendi defunctorum corpora in Ecclesia.

Licentiam celebrandi Missas.

Licentiam colligendi elemosynas.

Mandata publicandi in Ecclesia eos, qui primam tonsuram, vel minores Ordines ac sacros suscipere voluerint.

15. Quoad alia vero quæ sequuntur, poterit aliquid percipere, si nullum sibi salarium, vel stipendium constitutum fuerit, tuncque congruam tantum sui laboris mercedem, quæ quoad litteras collationis, vel institutionis curatarum Ecclesiarum, vel deputationis vicariorum in illis vnum aureum, & quoad litteras dimissorias, & testimoniales decimam vnius aurei partem nunquam excedat.

Pro litteris collationum, institutionum, seu prouisionum beneficiorum vacantium per obitum, vel

per resignationem, etiam ex causa permutationis, vel alia.

Pro litteris dimissorialibus, seu testimonialibus, quæ conceduntur Presbyteris, seu clericis ad alias dioceses transituris.

Pro litteris recipiendi Ordines ab alienis Episcopis.

Pro licentia ordinandi se ad titulum patrimonij, seu pro approbationibus huiusmodi titulorum.

Pro licentia absentandi se ab Ecclesia, seu beneficijs.

Pro licentia erigendi capellas.

Pro litteris approbationis concurrentium ad Parochialium vacationes in mensibus reservatis, quæ ad Sedem Apost. transmittuntur.

Pro approbatione iurispatronatus ex fundatione, vel dotatione.

Pro creationibus Vicariorum in Parochialibus.

Pro deputationibus Oeconomorum dum beneficia vacant.

Pro executionibus litterarum Apostolic. gratiam, seu iustitiam concernentium.

§ Dummodo eis nullum salarium, &c. Ergo quando nullum habent stipendium constitutum ab Episcopo, possunt aliquid accipere, vt per Nauarr. in man. c. 23. n. 102. Præsec. in praxi Episcop. p. 1. c. 1. num. 55. pag. 61. Valer. Reginald in praxi fori tant. lib. 2. num. 20. vers. quatuor. Narbona d. l. 33. gloss. unica num. 7. & 10. Quar. de Relig. tom. 1. li. 4. de Simonia c. 53. num. 6. vbi dicit Concilium in præfenti limitata illam prohibitionem, permittendo, vt Notarij decimam partem aut ei pro litteris accipere possint cum tribus conditionibus: vna, vt solum hoc liceat vbi non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendū, vt Notarius non habeat stipendium pro officio exercendo: tertia vt nihil ex illo lucro ad Episcopum redundet, alias decernit Notarium tenei gratias suas operas præstare.

¶ Ultra diuinam vltionem. Importare hæc verba graues, & grauiores pœnas afferit Paul. Fusc. de Visitate lib. 1. cap. 31. num. 15.

Nullus quantumuis idoneus secularis clericus maioribus ordinetur, nisi prius habeat beneficium sufficiens ad vitam, quod resignare non possit, nisi, &c. vel patrimonium, aut pensionem similiter verè sufficiens, &c.

C A P V T II.

- 1 Doctores de materia huius cap. agentes.
- 2 Ordinare ante Concilij publicationem poterat Episcopus clericos suos ad diuersos titulos.
- 3 Religiosos non comprehendit.
- 4 Sed comprehendit declarauit Pius V.
- 5 Constitutio Pij V. intelligitur tam in non professis, quam in nulliter professis.
- 6 Patres Societatis Iesu possunt promoueri ad sacros Ordines absque titulo.
- 7 Titulus non requiritur ad minores Ordines.
- 8 Beneficij ad titulum, quod in distributionibus quotidianis consistit, potest quis ad sacros Ordines promoueri.
- 9 Ordinari quis non potest ad titulum beneficij de futuro.
- 10 Beneficij ad titulum potest quis ad sacros Ordines promoueri, non obstante quod non lucretur illius fructus, nisi post susceptum presbyteratus Ordinem.
- 11 Vicarie perpetuæ ad titulum potest quis ad sacros Ordines promoueri.
- 12 Capellaniæ ad titulum potest quis ad sacros Ordines

- nes promoueri, si fuerit auctoritate Apostol. vel ordinaria erecta, & in titulos creata.
- 13 Prelimonij ad titulum quod solitum fuerit dari in titulum potest quis ad sacros Ordines promoueri.
- 14 Ecclesiæ receptiuæ ad titulum potest quis ad sacros Ordines promoueri.
- 15 Ad titulum Ecclesiæ, cui adscribitur, an & quando possit quis ad sacros Ordines promoueri.
- 16 Coadiutorie perpetuæ cum futura successione ad titulum potest quis promoueri.
- 17 Capellaniam etiam amouibilem in capella Papæ obtinens potest ad illius titulum promoueri.
- 18 Seminarij ad titulum non potest ordinari cooptatus in illius collegium.
- 19 Vicariæ amouibilis ad titulum non potest quis promoueri.
- 20 Episcopus arbitrari debet congruam summam, & decentem beneficij valorem, qui ad victum honestè sufficiat.
- 21 Beneficium debet ab illo pacificè possideri, qui ad eius titulum vult ordinari.
- 22 Beneficium resignans ad cuius titulum ordinatus fuit,



- fuit tenetur facere mentionem se ad titulum illius fuisse promotum, aliàs resignatio est nulla.
- 23 Non potest per equipollens adimpleri.
- 24 Habet locum etiam in resignationibus factis coram Papa.
- 25 Prohibet resignationes voluntarias, sed non priuationes.
- 26 Beneficiarius in sacris constitutus non potest illo modo beneficium resignare, nisi, &c.
- 27 Renunciatio beneficii, ad cuius titulum quis fuit ordinatus, non valet, nisi facta mentione, &c.
- 28 Permutatio beneficii, non facta mentione quod ad illius titulum fuit permutans sacris iniatus, nulla est.
- 29 Nisi obrinuerit possessionem permutati beneficii sufficientis.
- 30 Iurans resignare beneficium ad cuius titulum fuit promotus penitentia imposita absoluendus est ne resignet.
- 31 Beneficium resignare valet constitutus in minoribus etiamsi non habeat aliunde quo viuere possit.
- 32 Habet locum etiamsi beneficia sint iuris patronatus.
- 33 Pius V. imponit penam contra resignantes beneficia contra formam huius cap.
- 34 Ordinarius tenetur alere illum Presbyterum cuius resignationem non consistit tantum beneficii, quod habebat ad congruam sustentationem necessarium.
- 35 Patrimonium obtinentes ordinari post hæc non possunt, nisi illi quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum.
- 36 Patrimonium super re immobili constitui debet.
- 37 Patrimonium, ad cuius titulum ordinandus promoveri debet, est res certa fructifera, &c.
- 38 Patrimonij quantitas remittitur ad terminos Concilii.
- 39 Patrimonij examen pertinet ad Episcopum priuatione quoad alios.
- 40 Patrimonia pro clericis ad sacros Ordines promo- uendis potest constitui super annuis perpetuis censibus.
- 41 Patrimonium donatum per parentes, ea conditione ut illud habeat interim dum aliquod non obtinet beneficium, est validum.
- 42 Donationis ad titulum potest quis ordinari.
- 43 Donatione facta, & sequuta traditione bonorum pro patrimonio, si clericus moriatur, an donans recuperet eadem bona.
- 44 Dimissorias concedere potest Episcopus clericis absentibus ut ad patrimonij, vel pensionis titulum ordinentur.
- 45 Ordinari quis potest ad sacros Ordines cum patrimonio sibi assignato à patre in bonis, quæ sunt directi domini Ecclesie.
- 46 Ordinari quis potest ad titulum bonorum immobili- um, & annuorum reddituum.
- 47 Beneficij & patrimonij ad titulum potest quis promoveri si beneficium per se sufficiens non sit.
- 48 Ordinari nullus potest in sacris si cum beneficio, aut patrimonio insufficienti iungantur pittance, elemosyna, &c.
- 49 Ordinari nullus potest ad titulum sua industria, vel honesti laboris.
- 50 Litteraturæ ad titulum non potest quis ordinari.
- 51 Ordinari sine beneficio vel patrimonio quandoque concessum est ob penuriam Sacerdotum.
- 52 Claus. Donec fuerit de beneficio prouisus, non comprehendit officium organistæ.
- 53 Episcopus quando possit ordinare familiarem suum ad titulum pensionis.
- 54 Verba hæc denotant boni viri arbitrium.
- 55 Ordinari nullus potest contra prohibitionem sui Prelati, aut de illo conqueri, seu ab eo appellare.
- 56 Necessitas, vel utilitas Ecclesie sufficit ut Episcopus possit admittere ordinandum ad titulum patrimonij.
- 57 Patrimonij quantitas remittitur ad terminos Concilii.
- 58 Patrimonium an sufficiat, relinquitur arbitrio Ordinarii.
- 59 Bona, ad quorum titulum quis est sacro Ordine insignitus, prohibentur sine licentia Episcopi alienari.
- 60 Patrimonium vendi, hypothecri, vel prescribi tempore ordinario non potest.
- 61 Alienatio patrimonij, aut extinctio pensionis subsequens promotionem est inualida.
- 62 Dicitio, nullatenus, importat nullitatem actus ipsa iure.
- 63 Alienatio, seu renunciatio patrimonij, an possit fieri sine licentia Episcopi, si habeatur beneficium, vel quid aliud sufficiens.
- 64 Beneficium, vel patrimonium quando dicatur sufficiens.
- 65 Decretum Concilii in presenti quorum canonum penas inuouet.
- 66 Innouare penam suspensionis cap. neminem, & cap. sanctorum, qui teneant.
- 67 Innouare penam cap. cum secundum, qui resoluant.
- 68 Constitutionis Sixti V. modificatio.
- 69 Ordinatus ad titulum patrimonij quamuis post ordinationem illud retrodonet, seu renuntiet, non incurrit ullam suspensionem.
- 70 Patrimonium habens ex sicut donatione an puniatur per sententiam iudicis amissione illius.
- 71 Donatio pro suscipiendis Ordinibus an imputetur in legitimam.
- 72 Ordinatus bona fide ad titulum patrimonij quod prius erat alteri donatum non incurrit penas huius decreti.

4 Cap. Diaconi sunt, circa med. 93. dia.

**C**um non deceat eos, qui diuino ministerio adscripti sunt, cum Ordinibus dedecore mendicare, aut sordidum aliquem questum exercere: compertumque sit, complures plerisque in locis ad sacros Ordines nullo ferè delectu admitti, qui varijs artibus, ac fallacijs confingunt, se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obrinere: a statuit sancta Synodus, ne quis deinceps, & Clericus secularis, quamuis aliàs sit idoneus moribus, scientia, & ætate, ad sacros Ordines promoveatur, nisi prius legitime constet, & eum beneficium Ecclesiasticum, & quod sibi ad victum honestè sufficiat, & paci- fice pos-



ficè possidere. n Id verò beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum sit promotus, & neque ea resignatio admittatur, nisi confitit, quod aliunde viuere commodè possit: & aliter facta resignatio nulla sit. i Patrimonium verò, & vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos, & pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, & que eis ad vitam sustentandam satis sint: & at que illa demceps sine licentia Episcopi alienari, aut extinguì, vel remitti & nullatenus possint, & donec beneficium Ecclesiasticum & sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant<sup>b</sup>, vnde viuere possint. c: & antiquorum Canonum pœnas super his in nouando.

<sup>b</sup> Cap. neminem dist. 70. Et cap. Sanctorum 70. dist. cap. cum fecerim de prebend. & cum Episcopus de prebend. in 6. c. fin. de rescript. in 6. Vide constitutionem Alexand. in Conc. Later. part. 1. c. 5.

1. Vide Henriq. in summ. lib. 10. cap. 17 §. 3. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 18. in nouis edit. Fr. Emman. in summa tom. 2. c. 15. Flamin. Paris. de resignat. benefice. lib. 2. quest. 9. Azor. institut. moral. p. 2. lib. 3. c. 4. Petr. de Ledesma in summa part. 1. de Sacram. vbi de sacram. Ordinis. cap. 7. conclus. 6. cum seqq. Nicol. Garc. de benefice. p. 2. cap. 5. per tot. Aloyf. Ricc. in collect. decis. in part. 3. collect. 566. & in praxi rerum fore eccles. decis. 3. 12. cum seqq. in 1. edit. alias resol. 270. cum seqq. in 2. edit. Martin. Fornar. in tract. de Ordine cap. 8. Vgolin. de officio Episcopi. cap. 26. §. 8. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fore pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 72. cum seqq. Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarra lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrimonio clericorum, Bonacin. de Sacram. disp. 8. quest. unica. puncto 5. num. 18. cum seqq. iate Narbona l. 35. gloss. 1. tit. 3. lib. 1. Recopil. Boët. Epo. tom. 1. tit. de iurisdict. ecclesiast. tempor. q. 1. num. 5. cum seqq. Campan. in diuersor. iuris Canon. rub. 8. cap. 1. cum seqq. Homobon. de Bonis de examine ecclesiastico tract. 2. quest. 19. cum multis seqq. Sanctarell. var. resol. quest. 49. Lotter. de re benefice tom. 1. lib. 1. cap. 2. per tot. Illustriss. D. Roder. a Cunha in comment. ad cap. 1. & 2. dist. 70. Aldan in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 10. per tot. Sel. in selectis Canon. cap. 3. Thom. Valasc. allegat. iuris tom. 1. alleg. 35. iterum Bonacin. de censur. extra Bull. Cane disp. 3. q. 1. puncto 8. Marchin. de sacram. Ordinis tract. 2. p. 6. c. 5. cum seqq. Alzedo de precellentia Episcopi. dignit. p. 2. cap. 5. num. 49. cum seqq. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 34. cum seqq. Torrelblanc. in practicab. iuris spiritual. lib. 2. cap. 13. num. 24. cum seqq. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fore ecclesiast. cap. 8. num. 6. cum seqq. metipsum de officio & potest. Episcopi p. 2. allegat. 19. & 20.
2. Statuit sancta Synodus ne quis demceps, &c. Ordinare ante Concilij promulgationem poterat Episcopus clericos suos ad diuersos titulos. Primo ad titulum beneficii, cap. Sanctorum 70. dist. Secundo ad titulum paternæ hereditatis, cap. Episcopus in fin. de prebend. seu ad titulum proprii patrimonij, cap. ruis. de prebend. Tertio ad titulum alieni beneficii, cap. postulat. de iure patron. cap. per tuas 3. de simon. Felin. in cap. in nostra, de rescript. corollar. 34. num. 31. Quarto ad titulum stipendij ab Episcopo sibi assignandi super fructibus suæ mensæ Episcopalis, ad cap. Episcopus de preben. Abb. in cap. cum secundum num. 11. eodem tit. Quinto ad titulum pensionis, seu stipendij laico assignandi, Rot. decis. 11. de preben. in antiquior. & decis. 39. de rescript. in antiq. Hodie Episcopus etiam vigente necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum non poterit ad tertium, & quartum clericos promouere, ad secundum verò poterit, sed in terminis tantum, in quibus Concil. loquitur, nempe pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ, dummodo talis laicus sit verè facultatibus idoneus, atque in forma valida obliget se, suosque successores ad præstandum hoc stipendium, & non alienandum sine licentia Episcopi illa bona, super quibus assignatum est hoc stipendium, hæcque obligatio duret donec ordinatus beneficium sufficiens, aut pensionem aliunde erit adeptus, ita refert decisum Nicol. Garc. de benefice. p. 2. cap. 5. num. 93.
3. Clerici secularis. Ergo Religiosos non comprehendere aiunt Henriq. in sum. lib. 10. cap. 17. §. 3. Fr. Emman. quest. regul. tom. 3. quest. 23. art. 3. Sanctarell. d. g. 49. num. 5. Ego ipse d. p. 2. alleg. 19. nu. 3. aduertentes Sixtum in sum. Constit. 29. contra clericos male promotos, hoc idem insinuare in illis verbis, ibi, aut quoad seculares sine titulo sufficientes beneficii, vel patrimonij.
4. Sed sub hoc decreto comprehendendi omnes & singulos etiam cuiuscunque Ordinis clericos Religiosos, siue seculares more Religiosorum viuentes in communi,

- & non professos, declarauit Pius V. constit. 74. incip. Romanus Pontifex, de anno 1568. relata per Piafec. in praxi Episcop. p. 1. cap. 1. de conferend. ordin. ib. num. 43. & per illam sic sentiunt Vgolin. d. cap. 26. §. 8. num. 1. vers. hæc autem regula, Salzed. ad Bernard. d. cap. 18. num. 2. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 12. Bonacina de suspens. in particulari disput. 3. quest. 2. puncto 9. num. 1. Nald. in summ. verb. Ordo, num. 28. Molfes. in summ. Theologia moralis tractat. 2. cap. 15. num. 11. Homobon. de Bonis d. tractat. 2. quest. 21. Sanctarell. d. quest. 49. num. 10. in princip. Sanchez d. cap. 1. dub. 3. num. 9. Alzedo dist. part. 2. capit. 5. num. 51. Lezana in summa quest. Regul. cap. 14. num. 10. Ego ipse d. alleg. 19. n. 4. in fine.
- Et hanc Pij V. constitutionem intelligendam esse tam in non professis, quam in nulliter professis, censuit Rot. in Vrgellen. Canoniceatus 3. Marij 1595. coram Cardin. Blanchetto, quam refert Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 11. & obseruat Sanctarell. d. num. 10. in fine. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapolit. p. 2. decis. 283. & in praxi rerum fore eccles. resol. 270. num. 2. vbi num. 3. cum Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 15. num. 1. resoluit sic ordinatos Regulares non professos sine titulo illo ordine ministrantes etiam irregulares, refero Ego ipse d. alleg. 19. num. 5. & 6.
- Gregorius XIII. in constit. sua, incip. Ascendente, sub dat. Kal. Iunij 1584. concessit Societati Iesu quod qui tria vota paupertatis, castitatis, & obedientie in Societate emiserunt, de licentia Præpositi Generalis possint promoueri ad sacros Ordines absque titulo, etiam ante solemnem professionem emissam, si modo sint ætate, moribus, & doctrina idonei, non obstantè dicta constitutione Pij V. quæ hoc decretum ad Religiosos non professos extendit, fortasse quia cognoscebat illo prædictæ Societatis Patres ligari, eo quod et si veri dicerentur Religiosi, tantum simplicia vota emittebant. Ita Mandos. conf. 13. Henriq. lib. 10. cap. 17. §. 3. Flamin. Paris. d. lib. 2. quest. 6. num. 19. Piafec. d. p. 1. cap. 1. num. 44. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 15. num. 1. & quest. regul. tom. 3. quest. 23. art. 3. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 13. Martin. Fornar. d. tract. de Ordine cap. 8. num. 9. vers. pro resolutione, Bonacina d. punct. 9. num. 2. Soar. tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 1. num. 38. Vgolin. d. cap. 26. §. 8. num. 1. vers. excipitur tamen, Sanctarell. d. g. 49. num. 6. & 11. Illustriss. D. Roderic. a Cunha in comment. ad cap. 1. num. 1. dist. 70. Molfes. d. c. 15. num. 12. Sanchez d. dub. 35. num. 9. Marchin. d. tract. 2. p. 6. cap. 5. num. 5. Alzedo d. p. 2. cap. 5. num. 52. Lezana d. cap. 14. num. 10. Vnde si contingat e Societate quem etiam in Sacris iam constitutum & carentem beneficio, tunc Prælatis eiusdem Societatis de honesto victu saltem de redditu 40. annuorum illi prouidere debet donec sufficiens beneficium fuerit affectus; ita Marchin. d. cap. 5. num. 5. Ego ipse d. p. 2. alleg. 19. num. 17.
- Ad sacros Ordines. Ad minores igitur Ordines titulum non requiri contra gloss. 1. in cap. neminem 70. dist. tenent, seruarique de consuetudine attestantur Salzed. d. cap. 18. num. 5. Vgol. de irreg. cap. 61. num. 2. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 15. num. 16. Nauarr. conf. 14. num. 1. de tempor. ordin. Thom. Valasc. d. tom. 1. alleg. 35. num. 3. Sanchez d. lib. 7. cap. 1. dub. 37. Alzedo d. p. 2. cap. 5. num. 50. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacram. vbi de sacram. Ordinis. cap. 7. ad fin. Flamin. Paris. d. lib. 2. q. 6. num. 4. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 4. cum seqq. Aloyf. Ricc. in d. praxi rerum fore eccles. resol. 271. num. 3. Campan. d. rub. 8. cap. 1. num. 5. Sanctarell. d. g. 49. num. 3. & 4. Homobon. de Bonis d. tract. 2. g. 20. Illustriss. D. Roderic. a Cunha in comment. ad d. cap. 1. dist. 70. num. 3. Ego ipse d. alleg. 19. num. 3.
- Eum beneficium ecclesiasticum, &c. Ad titulum beneficii quod in distributionibus quotidianis consistit, posse quem

5. 6. 7. 8.



- quem ad sacros Ordines promoueri, tenet Campan. d. rubr. 8. cap. 5. num. 29. quem refero d. allegat. 19. num. 24. Marchin. d. tract. 2. p. 6. cap. 6. diffie. 5. num. 19.
9. Ad titulum beneficij de futuro, ad quod est presentatus, non nominatus, seu postulatus, non posse quem promoueri, resoluunt Salzed. d. cap. 18. num. 6. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 15. num. 10. Vgolin. d. cap. 26. §. 8. num. 3. in fine, Petr. de Ledesma d. cap. 7. post 8. concl. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 130. Narbona d. loco num. 64. pag. 13. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 34. num. 5. & dub. 35. num. 2. D. Acuña in cap. neminem. num. 13. dist. 70. Marchin. d. tract. 2. p. 6. cap. 6. diffie. 3. Ego ipse d. alleg. 19. num. 28.
- Contra Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 15. num. 3. Sayr. de consuet. lib. 4. cap. 1. num. 19. Campan. d. rubr. 8. cap. 4. num. 10. existimantes posse quem promoueri non solum ad titulum beneficij iam quaesitum, sed etiam quaerendi.
10. Ad titulum beneficij posse quem ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines promoueri, non obstante quod non lucretur illius fructus, nisi post susceptum presbyteratus Ordinem, tenent Nicol. Garc. d. par. 2. cap. 5. num. 110. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 8. l. 1. de patrim. cleric. num. 11. Ego ipse d. p. 2. alleg. 19. num. 29. Marcel. Vulpe d. c. 8. num. 11.
11. Vicaria perpetua ad titulum posse quem ad sacros Ordines promoueri resoluunt Mandos. ad regul. 34. Cancell. g. 13. nu. 3. Salzed. d. cap. 18. num. 7. Valenzuela conf. 54. num. 29. lib. 1. Campan. d. rubr. 8. cap. 4. num. 8. Sebast. Casar in relect. de eccles. hierarchia p. 3. dist. 13. §. 8. ex num. 3. fecus si vicaria fuerit temporalis, vt infra num. 20.
12. Ad titulum capellaniae in perpetuum auctoritate Apost. vel ordinaria erectae, & in titulos creatae, posse quem ordinari, resoluunt Sebast. Casar in d. relect. de ecclesiasticis hierarchia p. 3. dist. 14. §. 3. nu. 4. Illustriss. D. Roderic. à Cunha in comment. ad princ. dist. 7. num. 9. Salzed. d. cap. 18. num. 9. vers. sed verum, vbi addit hoc venissimum, quando ab initio in fundatione interuenit auctoritas Episcopi, & datur in titulum perpetuum, & in vers. illud, subdit defendi posse quod licet in prima capellaniae fundatione non interuenierit Ordinarij auctoritas, si tamen non reluctante fundatoris voluntate postea Capellania in ecclesiasticum beneficium fuerit erecta, nempe per collationem, & canonicam institutionem fundatoris, confanguineus, vel alius, qui ad eam vocatus est, eius nomine & titulo poterit ordinari. Seculares autem Capellaniae praesumi de sui natura perpetuas, & collatiuas, resoluunt Lap. allegat. 9. num. 3. Card. consil. 57. num. 5. Cassad. dec. 4. n. 2. de praebend. Caualer. dec. 72. num. 3.
13. Ad titulum praestimonij solum dari in titulum clericis, posse quem ad sacros Ordines promoueri, resoluunt Salzed. d. cap. 18. num. 10. Sebast. Casar d. dist. 14. §. 5. num. 3. Vgolin. de officio Episcopi cap. 26. §. 8. num. 3. in fin. Marchin. d. p. 6. cap. 6. diffie. 5. num. 22.
14. Ad titulum Ecclesiae receptivae posse quem ad sacros Ordines promoueri, per text. cum gloss. in cap. neminem 70. dist. tenent Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria §. 5. vers. hic est, Campan. d. rubr. 8. cap. 4. num. 12. vbi id verum credit in ea diocesi, quae tenuitate beneficiorum grauata ministris indigeret ecclesiasticis, nec viri adfunt congruum nedum patrimonium non habentes, at illo omnino carentes.
15. Ad titulum Ecclesiae, cui adscribitur, posse quem promoueri, existimant Maiol. de irregular. lib. 4. c. 15. sub num. 2. Flamin. d. lib. 2. quest. 6. num. 33. per Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 16. mandans neminem ordinandum nisi indicio sui Episcopi sit utilis, aut necessarius suis Ecclesijs, quarum alteri propterea ab Episcopo adferbatur vbi suis fungatur muneribus, eumque locum deinde in consilio eodem Episcopo deferere nequeat, nam praesupponit per eiusmodi adscriptionem additum esse illi Ecclesiae, & ex ea fructus percipere, alioquin non procedere arbitratur Campan. d. rubr. 8. cap. 4. nu. 14. & Maioli sententiam veram credit Vgolin. d. cap. 26. §. 8. num. 6. quatuor concurrentibus; primo vt interueniat consensus Rectoris eius Ecclesiae, secundo vt interueniat licentia, ac consensus Romani Pontif. & hoc ad successorem; tertio vt ex seruitio Missarum, & diuinorum officiorum, & elemosynis à fidelibus elargiendis habeant vnde se sustentent, quarto vt ne inde amoueantur.
- Ad titulum coadiutoriae perpetuae cum futura successione posse quem promoueri, dummodo ratione illius habeat congruam sustentationem tanquam ad titulum pensionis, tenent Nauarr. in tract. de Orat. cap. 20. num. 8. Salzed. d. cap. 18. num. 7. Acosta de Andrada ad Bullam Cruciatam q. 75. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. §. 9. num. 6. Petr. de Ledesma d. cap. 7. conclus. 1. dub. 2. Monet. de optione canonica, cap. 4. §. 8. num. 169. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 132. Sebast. Casar d. dist. 14. §. 9. num. 4. & 9. Vgolin. de officio Episcopi, c. 26. nam. 8. Narbona citato loco num. 65. pag. 12. Sanchez in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 35. num. 4. Ego ipse de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 19. num. 23.
- Capellania in Capella Papae obtinentem, licet sit ad nutum amouibilis, ad illius titulum ordinari posse, tradunt Nauarr. consil. 20. de tempor. ordin. Sayr. in florib. decis. sub eod. tit. dec. 59. Aloyf. Ricc. in d. praxi rerum fori eccles. resolut. 334. in fine, Ego ipse d. allegat. 19. num. 30.
18. Coopratum in Collegium feminarij non posse ordinari ad titulum feminarij, nisi ob causam inferuendi beneficio, quod forsan esset feminario iniunctum, decimum referunt Lel. Zech. de reprob. ecclesiastic. tit. de Clericis sub num. 7. vers. 84. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. seminarij, §. 6. Flamin. Parif. d. g. 6. num. 32. Galet. in margarita casuum conscient. verb. Ordo pen. Armendar. d. l. 1. de patrim. cleric. num. 9. & 10. Pafec. d. p. 1. cap. 1. num. 45. Iul. Casar Madius de sacris Ordin. cap. 5. num. 20. Marchin. d. p. 6. diffie. 5. num. 33. Alzedo d. p. 2. cap. 5. num. 56. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 104. vbi in addit. refert declarasse Gregorium XII. Clericos feminarij non posse promoueri ad alium Ordinem factum ad titulum ipsius feminarij, nisi pro seruitio beneficij feminario vniti, & tunc cum assignatione certi annui redditus, vnde sic promotus viuere possit, quae tamen assignatio cessat postquam illi aliunde se equè sustentare poterunt, refero Ego ipse d. alleg. 9. n. 31.
- Ad titulum vicarij temporalis, aliorumque similium beneficiorum, seu capellaniarum amouibilium, non posse quem promoueri, resoluunt Maiol. d. lib. 4. cap. 15. num. 4. Henriquez d. cap. 17. §. 3. litt. Q. Aloyf. Ricc. in decis. curie Archiepif. Neap. decis. 190. p. 2. Salzed. d. cap. 18. nu. 8. vers. & ea ratione, Flamin. Parif. d. lib. 2. quest. 6. num. 2. Gonzal. d. gloss. §. 3. num. 42. Campan. d. rubr. 8. cap. 4. num. 4. in fine, Ego ipse d. allegat. 19. num. 25. Narbona d. l. 3. §. gloss. 1. nu. 68. vbi num. 69. dicit de capellania ad nutum amouibili, seu de quolibet manuali beneficio, Marchin. d. tract. 2. p. 6. diffie. 5. num. 18. Sanchez d. dub. 35. num. 5.
19. Quod sibi ad victum honestè sufficiat. ] Episcopum arbitrari debere congruam summam & decentem beneficij valorem, cum praescripta certa quantitas non sit, asserunt Menoch. de arbit. casu 216. num. 12. cum seqq. Flamin. Parif. de resignat. lib. 5. quest. fin. num. 132. & 181. Ludou. Beia respons. casuum conscient. p. 4. casu 26. Henriquez in sum. lib. 10. cap. 17. §. 3. in commento litt. N. Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 112. cum seq. Azor. d. p. 2. lib. 6. cap. 10. quest. 8. Vgolin. d. cap. 26. §. 8. num. 2. Thom. Valas. allegat. iuris tom. 1. alleg. 35. Illustriss. D. Roderic. à Cunha in comment. ad cap. 1. dist. 70. num. 12. Iacob. de Graff. consil. 4. de tempor. ordin. vol. 1. & de arbit. Confess. lib. 2. cap. 49. Lotter. de re benefici. lib. 1. g. 2. num. 31. Sanchez d. cap. 1. dub. 35. num. 7. Moltes. in sum. tract. 2. cap. 15. num. 6. Narbona d. loco num. 35. pag. 9. Ego ipse d. allegat. 19. num. 8. cum seqq.
20. Pacificè possidere. ] Beneficium debere ab ipso pacificè possideri, qui ad eius titulum vult ordinari, ex hoc loco colligit Nauarr. in tract. de Orat. notab. 23. num. 69. Flamin. Parif. d. lib. 5. quest. 6. num. 155. Vgolin. d. cap. 26. §. 8. nu. 5. vers. certè constare, vbi subdit propterea quod si lis ei mota sit de beneficio ad eius titulum, lite durante ordinari non debet, quippe quia eo priuari possit. Ego ipse d. allegat. 19. num. 15. cum seqq. vbi ostendo quando quis dicatur pacificus possessor, & quando beneficium litigiosum censetur.
21. Id verò beneficium resignare non possit, &c. ] Resignante beneficium, ad cuius titulum ordinatus fuit, teneri facere mentionem se ad titulum illius fuisse promotum, alias resignationem irritam esse, & nulla, resoluunt decimum, referunt



referunt Flamin. Paris. d. lib. 2. quæst. 6. num. 39. Vgolin. de offic. Episcopi cap. 14. §. 3. & cap. 26. §. 8. num. 4. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fore eccles. decis. 314. in 1. edit. aliàs resolut. 272. num. 1. in fine in 2. edit. Azved. l. 1. num. 9. tit. 4. lib. 1. noue Recop. Valenzuela late const. 32. n. 1. cum segg. tom. 1. Steph. Gratian. discept. 991. Sanchez in epuse. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 38. nu. 1. Marchin. d. p. 6. diff. 7. Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 217. vbi n. 214. subdit quod est nulla etiam in foro conscientie. Petr. de Ledefina d. e. 7. conclus. 10. Campan. d. rubr. 8. cap. 6. nu. 2. Armendar. d. l. 1. de patrim. cleric. num. 21. Ego ipse d. alleg. 19. nu. 32. Et ipsi resignanti hoc casu competere actionem spolij ex Rota decisionibus firmant Piatec. in prag. Episcopi. p. 1. cap. 1. nu. 44. vers. ampliari possit. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 10. nu. 35. quia cum resignatio nõ teneatur nisi abdicatur a resignante, Nicol. Garc. d. cap. 5. nu. 225. Rot. in Leodien. Canonicius 5. Ioannis

28. Iunij 1621. coram bonæ mem. Rambaldo, prope fin. quam refero d. alleg. 19. nu. 36. & ead. Rota decis. 415. apud Farinac. p. 1. in posthum.

23. Nec posse per æquipollens adimpleri, tenent Nicol. Garc. d. cap. 5. nu. 193. Armendar. d. l. 1. de patrim. cleric. num. 21. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 991. Masfobr. in praxi habendi concursum reg. 5. dub. 1. num. 45. in vlt. impress. Rot. coram Gregorio X. V. decis. 441. num. 1. & ibi Beltramin. num. 9. & in d. Leodien. Canonicius.

24. Et habere locum etiam in resignationibus factis coram Papa, post Nicol. Garc. d. cap. 5. nu. 193. firmavit Rot. in d. Leodien. Canonicius vers. non obstat quod Concilium.

25. Et prohibere resignationes voluntarias, sed non priuationes, referunt decifum Nicol. Garc. d. e. 5. n. 220. Armendar. d. l. 1. de patrim. cleric. n. 24. Ego ipse d. alleg. 19. nu. 45.

26. Et beneficium in sacris constitutum non posse vilo modo beneficium resignare, nisi aliunde habeat vnde se commodè sustentare valeat, fanciuit etiam Pius V. Constituit. 5. incip. Quanta, Kal. Aprilis 1568. quæ licet loquatur de resignationibus factis coram Ordinario, habere tamen locum etiam in Curia, tradunt Flamin. Paris. de resignat. lib. 3. q. 14. num. 3. & lib. 5. quæst. vlt. num. 176. Nicol. Garc. d. e. 5. num. 198. Aloyf. Ricc. d. resolut. 272. in fine. Ego ipse d. alleg. 19. nu. 40.

27. Renunciationem beneficij, ad cuius titulum quis facris fuit ordinatus, factam etiam cū pensione sufficienti ad congruam sustentationem, non valet nisi facta mentione quod ad illius titulum fuit promotus, resoluunt addito ad Nauarr. consil. 4. de renunciat. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 219. Stephan. Gratian. discept. forensium cap. 991. num. 2. Ego ipse d. alleg. 19. nu. 42. Homobon. de Bonis de examine eccles. tract. 2. cap. 2. quæst. 23. in fine. Rot. in d. Leodien. Canonicius vers. nec obstat quod dictum S. Concilium, Vgolin. d. cap. 26. §. 8. num. 4.

Contra Nauarr. consil. 23. de prebend. in antiq. aliàs consil. 3. de renunciat. in nouis. Sayr. in floribus decis. sub d. tit. de prebend. decis. 23. Campan. d. rubr. 8. cap. 6. num. 6. existimantes resignationem promoti ad sacros Ordines ad titulum beneficij, quod ipse postea referuata pensione sufficienti ad eius instum renuntiauit, nulla facta mentione quod ad titulum illius beneficij ordinatus esset, non obstante hoc decreto, in foro conscientie, & etiam exteriori validam esse.

28. Permutationem beneficij, non facta mentione quod ad illius titulum fuit permutans facris initiatus, nullam esse, ac proinde dispositionem Concilij in presenti in ea locum habere, tenent Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 10. à num. 43. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 218. Stephan. Gratian. d. cap. 159. num. 3.

29. Sed tutum esse in conscientia illum, qui beneficium, ad cuius titulum erat promotus, resignauit, & aliud ex causa permutationis obtinuit, tacente in resignatione quod erat promotus ad titulum primi beneficij, dummodo secundum beneficium sit æquiualens, referunt decifum Armendar. d. l. 1. de patrim. cleric. num. 31. Stephan. Gratian. in addit. ad d. cap. 189. num. 3. Ego ipse d. alleg. 19. nu. 44.

Immo in vtroque foro validam esse huiusmodi permutationem, tacita promotione ad illius titulum facta, quando permutans consequitur valide possessionem pa-

Barbof. Collect. in Concil. Trid.

cificam alicuius beneficij sufficientis ad congruam, & non permutatur beneficium pingue cum tenui, & minus sufficienti ad victum, resoluunt Vgolin. d. cap. 26. §. 8. num. 4. vers. secundo excipitur. Campan. d. rubr. 8. cap. 6. nu. 5. Rot. in Mutinen. Canonicius 4. Decembris 1609. coram Gregorio XV. decis. 441. nu. 3. in collectis per Beltramin. refert Masfobr. in praxi habendi concursum regis. 5. dub. 1. num. 45. secundum Roman. impress.

30. Iurantem resignare beneficium, ad cuius titulum fuit promotus, vel procuratorem constitutum ad resignandum non reuocare, penitentia imposita absoluedum esse ne resignet, & vt procuratorem possit reuocare, referunt decifum Flamin. Paris. d. q. 6. m. 43. Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 232. in 1. & 2. declar. Armendar. d. l. 1. de patrim. cleric. num. 29. Azor. instit. moral. p. 2. li. 7. cap. 25. q. 6. Vgolin. d. cap. 26. §. 8. sub num. 4. Campan. d. e. 6. num. 4. Aloyf. Ricc. in d. praxi rerum fore eccles. resolut. 272. num. 2. Ego ipse d. alleg. 19. nu. 46. Marchin. d. p. 6. cap. 6. diff. 7. num. 39.

31. Constitutum in minoribus Ordinibus nõ legari dispositione huius cap. immo posse beneficium resignare, etiam si nõ habeat aliunde quo viuere possit, tenent Flamin. d. quæst. 6. num. 178. Fr. Emman. in summa tom. 2. cap. 15. num. vlt. Azor. d. p. 2. lib. 7. cap. 20. quæst. 7. Ceual. commun. contra communes, quæst. 561. num. 26. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 159. à num. 9. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 203. Paul. Comitol. resp. moral. li. 6. q. 34. num. 4. Vgolin. d. cap. 26. §. 8. num. 4. vers. postremo. Ego ipse d. alleg. 19. nu. 49.

32. Habere locum contenta in hoc decreto, etiam si beneficia essent iriopatrimonata, asserit decifum Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 196.

33. Neque ea resignatio admittatur, &c. ] Pœnam contra resignantes beneficia, contra formam huius cap. & contra talem resignationem admittentes imponere Pium V. in d. constituit. incip. Quanta Ecclesia Dei, sub dat. Kalend. Aprilis 1568. asserunt Vgolin. d. cap. 26. §. 8. num. 5. Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 228. in 4. declar. Armendar. d. l. 1. de patrim. cleric. num. 27.

34. Ordinarium, qui admiserit resignationem factam ab aliquo Prebysytero, qui nihil aliud præter id beneficium habebat, vnde commodè se sustentare posset, teneri eum alere, nec posse eidem beneficium resignatum restituere, sed in eo institui debere illum, qui præsentatus fuerat à patrono, decifum referunt Nicol. Garc. d. cap. 5. nu. 228. in 3. declar. Armendar. d. l. 1. de patrim. cleric. num. 26. & addit. ex alijs Homobon. de Bonis de examine eccles. tract. 2. cap. 2. quæst. 23. prope fin. si beneficium erat libera collationis, ad Romanum Pontificem, eius collationem spectare.

35. Patrimonium verò, &c. ] Vide Nauarr. consil. 14. num. 2. de tempor. ordinat. in nouis, Vgolin. de officio Episcopi cap. 16. §. 9. num. 3. Campan. in diuersis iuris canon. rubr. 8. cap. 2. num. 1. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 2. num. 32. Bonacina d. disp. 3. q. 1. puncto 9. num. 14. incipit de officio, & post Episcopi p. 2. alleg. 19. à num. 51.

36. Patrimonium super re immobili constitui debere, resoluunt Nauarr. consil. 34. de tempor. ordin. in nouis. Azor. d. p. 2. lib. 3. cap. 4. quæst. 7. Vgolin. d. cap. 26. §. 10. num. 1. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fore eccles. decis. 315. in 1. edit. aliàs resolut. 273. in 2. edit. Illustriss. D. meus Roder à Cunha in comment. ad cap. 1. num. 11. dist. 70. Ego ipse d. alleg. 19. nu. 55.

Patrimonium ad cuius titulum quis ordinatur, licet in rebus immobilibus esse debeat, & non in mobilibus, non tamen ob id incurri pœnam si quis ordinetur ad patrimonium in mobilibus, curare tamen debere sic ordinatum, vt quantum titulus ille honorum mobilium in bona immobilia ad mentem Concilij Trident. conuertatur, resoluunt Nauarr. d. conf. 34. Sayr. in floribus decis. sub tit. de tempor. ordinat. decis. 31.

37. Patrimonium, ad cuius titulum ordinandus promoueri debet, est res certa fructifera, de qua ipse disponere valeat, & ideo nec ob penuriam Sacerdotum ad sacros Ordines promouendi sunt, qui super alienis bonis affectionem habent victus, & aliarum rerum necessariarum cū cautione certa sine alio titulo beneficij, vel patrimonij, ita refert decifum Nicol. Garc. d. p. 2. e. 5. n. 96.

38. Patrimonij quantitas ad quod quis promoueri possit, non taxatur, sed remittitur ad terminos Concilij,

L ita



- ita resolutum asserit Nicol. Garc. *dict. p. 5. num. 113.*
39. Patrimonij examen pertinet ad Episcopum priuatim quoad alios, vt per Sel. in *selectis canon. cap. 3. num. 1.* vbi refert decifum in *Placentina 16. Martij 1630.*
40. Patrimonia pro clericis ad sacros Ordines promouendis potest constitui super annuis perpetuis censibus, cum cautione quod si census redimerentur, pecunia ex iudicis decreto apud idoneas personas deponatur ad effectum inuestiendi, Aldan. in *compendio canonice. resol. lib. 1. tit. 10. num. 3.* vbi attestatur sic fuisse decifum *sub die 2. Junij 1629.*
41. Patrimonium donatum per parentes ea conditione vt filius vsumfructum habeat interim dum beneficium aliquod, aut bona alia ad eius congruam sustentationem sufficientia acquirat, est sufficiens, & ad illius titulum potest ordinari, Sel. *cap. 3. num. 2.* vbi dicit ita fuisse resolutum a S. Congreg. Episcop. & Regul. in *Eugubina 22. Maij 1590.*
42. Donationis ad titulum potest quis ordinari, si ita Episcopus iudicauerit assumendum pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiarum, etsi donatio est realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non possit absque Episcopi licentia, vel si aliunde habeat vnde viuere possit, refert decifum Nicol. Garc. *d. p. 2. cap. 5. num. 79.* Narbona *d. l. 35. gloss. 1. num. 9.* & resoluunt Vgolin. *d. cap. 26. §. 9. num. 3.* Moscon. *de malef. milit. Eccles. lib. 1. p. 2. cap. 1. pag. 380.* Azor. in *lit. mor. p. 2. lib. 3. cap. 4. quæst. 1.*
43. Donatione facta, & secuta traditione bonorum donatorum pro patrimonio ad suscipiendos Ordines sacros, si clericus moriatur ante susceptos Ordines, non obstat decretum in presenti quoniam donans recuperet eadem bona si attentio iure communi restituenda forent, Sel. *d. cap. 3. numero 3.* vbi ait ita fuisse resolutum in *Murinen. 11. Junij 1631.*
44. Clericus absentibus, qui Ecclesijs necessitatem habentibus subuenire, aut vtilitatem aliquam asserere non possunt, dimissorias concedere potest Episcopus vt ad patrimonium, vel pensionis ecclesiasticæ titulum ordinentur, refert decifum Nicol. Garc. *d. p. 2. cap. 5. num. 76.*
45. Ordinari quis potest ad sacros Ordines cum patrimonio sibi assignato à patre in bonis, quæ sunt directi domini, Ecclesiæ, & de quibus soluitur quædam rata fructuum in recognitionem, quatenus vtile dominium bonorum per patrem assignandorum filio legitime transferri valeat, & ad illius vitam honestè sustentandam dicta bona sufficiant, Aldan. *d. tit. 3. num. 4.* vbi dicit ita fuisse resolutum in *Lucana 7. Septembris 1630.*
46. Ad titulum bonorum immobilium, & annuorum reddituum sibi donatorum potest quis ad sacros Ordines promoueri, si tamen Episcopus iudicauerit eum assumendum pro necessitate suarum Ecclesiarum, donationesque huiusmodi bene, & absque vlla fraude in forma valida fiant, ac bona, & redditus donati huic promouendo sufficiant ad vitam honestè sustentandam, & nullo modo possint alienari absque licentia Episcopi, donec ille beneficium sufficiens adipiscatur, vel aliunde habeat vnde commodè viuere possit, refert decifum Nicol. Garc. *d. p. 2. cap. 5. num. 79.* Armendar. *d. l. 1. de patrim. cleric. num. 5.* Campan. *d. rubr. 8. cap. 4. nu. 3.* Ego ipse *d. alleg. 19. num. 56.*
47. Sufficienti titulo beneficiati si quis careret, haberet tamen tantundem patrimonij, quod beneficio adiunctu sufficientem constitueret titulum, permittendum illi est ad sacros Ordines promoueri, vt per Zerol. in *praxi Episcop. part. 1. verb. dimissoria, vers. 2.* Prosper de Augustino in *adit. ad Quarant. in summa Bullarj, verb. Ordo, versic. circa 2.* Vgolin. *d. cap. 26. §. 3. in fine, & §. 8. num. 2.* Armendar. *d. l. 1. de patrim. cleric. num. 16. in fine.* Ego ipse *d. allegat. 19. num. 14.*
48. Ordinari nullus potest in Sacris si cum beneficio, aut patrimonio insufficienti iungantur pitantia, elemosynæ, annuatim, confraternitates, & alia emolumenta, quæ ex celebratione Missarum in exercitio sacrorum Ordinum percipiunt, & lucrari possunt, quæ omnia ad victum honestè sufficiant. Prout nec etiam promoueri potest si nihil prædictorum, vel minus sufficienter habeat, si Episcopus obliget se suppleturum alimenta, quibus se sustentari possit, ita refert decifum Nicol. Garc. *d. p. 2. cap. 5. num. 126.* Armendar. *d. l. 1. de patrim. cleric. num. 16.* & 17. Narbona *dict. l. 35. gloss. 1. num. 62. tit. 3. libro 1. Recop.*
- Nullus ad sacros Ordines promoueri potest ex industria sua, vel honesto labore, puta quod sit musicus, Magister Grammaticæ, pictor, aut alterius licitæ professionis, ex qua tantum querit quod sit sufficiens ad sustentationem vitæ, ita refert decifum Nicol. Garc. *d. p. 2. cap. 5. num. 126.* Armendar. *d. l. 1. de patrim. cleric. num. 18.* Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha in *comment. ad c. 1. num. 13. dist. 70.* Ego ipse *d. alleg. 19. num. 71.*
- Litteraturæ ad titulum non posse quem ordinari quantumcumque sit literis, & gradu insignis, tenent Salzed. *dict. cap. 18. numer. 7.* Fr. Eminent. in *summa tom. 2. cap. 15. numero 15.* Nicol. Garc. *dict. cap. 5. numero 128.* Petr. de Ledesma *dict. cap. 7. ante vlt. conclus.* Marc. Anton. Genouens. in *praxi Archiep. Neapol. cap. 81. num. 2.* Narbona *l. 35. gloss. 1. numero 73. tit. 3. libro 1. Recop.* Ego ipse *d. allegat. 19. numero 72.* Campan. *dict. rubr. 8. cap. 4. numero 6.* Marchin. *d. par. 6. cap. 6. diffic. 5. à numero 36.*
- Contra Henriquez in *summa lib. 10. cap. 17. §. 4. in comment. lit. G. Auila de censur. p. 3. disp. 5. dub. 6. ad fin.* Gonzalez ad *reg. 8. Cancell. gloss. 4. num. 36.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 57. num. 30.* existimantes Episcopo fas esse ad sacros Ordines assumere virum litteris insignem, & collegio illustri cooptatum, quamuis titulo carentem, & allegat Cordub. *casu 36.* atque doctos Theologos & Iurisperitos consultos ita respondisse.
- Sed nunquid filius futuræ paternæ hereditatis pretextu regulariter ad Ordines sacros valeat promoueri? vide latè disputantem Narbona *d. l. 35. gloss. 1. nu. 37. cum multis segg. tit. 3. lib. 1. Recopilat.*
- Ob penuriam Sacerdotum quandoque concessum esse ordinari sine beneficio, vel patrimonio, dummodo quis spondeat se necessaria ordinandis subministraturum, refert decifum Nicol. Garc. *d. p. 2. cap. 5. num. 97.* Armendar. *d. l. 1. de patrim. cleric. num. 2.* Campan. *d. rubr. 8. cap. 4. num. 6.* Ego ipse *d. alleg. 19. num. 73.*
- Clausula appolita in constitutione patrimonij, quod solet assignari clericis à consanguineis, videlicet, donec fuerit de beneficio prouisus, non comprehendit officij organitæ, & magistri capellæ, Aldan. *d. tit. 3. num. 5.* vbi testatur sic fuisse decifum *sub die 26. Junij 1521.*
- ¶ *Vel pensionem obtinentes.* Episcopum posse ordinare familiarem suum etià ad titulum pensionis si pro commoditate, vel necessitate suarum Ecclesiarum iudicauerit ordinandum, refert decifum Armendar. in *adit. ad recopil. legum Nauarra lib. 2. tit. 8. do patrimonio cleric. numer. 7. in fine.*
- ¶ *Nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos.* Cum hæc verba denotent boni viri arbitrium, hoc est, voluntatem rationi submissam, si fideicommissaria 2. ff. de fideicom. libert. gloss. verb. visum, in cap. 2. de corpore vitæ, Lap. alleg. 60. num. 3. ideo si Episcopus legitime non interponat arbitrium, Deum solummodo iudicem habebit, gloss. verb. relinquatur, in cap. statutum §. accessorium, de rescript. in 6. Calcan. conf. 38. num. 7. ac prouide non dabitur appellatio, quia superior non potest animum, & conscientiam inferioris immutare, Bald. in l. 2. num. 10. vers. sciam tamen, C. de sentent. ex breuic. recit. Cou. *variar. lib. 2. cap. 12. num. 3. vers. & ab eo.*
- Ex quibus nullum posse contra prohibitionem sui Prelati ordinari, aut de illo conueniri, seu ab eo appellare, eo quod illum ordinare nolit, resoluunt Aloyf. Ricc. in *praxi rerum fore. eccles. resol. 587. in 2. edit.* & censuit Rot. in *Elbor. Ordinum 23. Junij 1618. coram bona memor. Remboldo, & 18. Februarij 1619. coram R. D. meo Coccino Decano.*
- ¶ *Pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum.* Episcopus ergo vt possit admittere ordinandum ad titulum patrimonij eius arbitrio iuxta hoc decretum, sufficit vel necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, Aldan. *d. tit. 3. num. 6.* vbi testatur ita decifum *sub die 17. Martij 1619.*
- ¶ *Quo eis ad vitam sustentandam, &c.* Quantitatem patrimonij, ad quos quis promoueri potest, non taxari, sed



fed remitti ad terminos Concilij, referunt decisum Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. num. 113. Armendar. d. l. 1. de patrim. cleric. num. 12.

58. Et Ordinarij arbitrio relinquendum huiusmodi iudicium, an tale patrimonium sufficiat propter diuersitatem locorum, cum in vno loco sufficiat, quoad alibi non erit sufficiens, tenet Hoied. de incomp. benef. p. 1. cap. 19. num. 33. cum seqq. Menoch. de arbitr. casu 216. num. 12. Iacob. de Graff. d. arbitr. confess. lib. 2. cap. 49. Vgolin. d. cap. 26. §. 12. in princip. Aloyf. Ricc. in d. praxi rerum fori eccles. resolut. 271. Armendar. d. l. 1. de patrim. cleric. num. 8. Narbona l. 35. gloss. 1. num. 35. tit. 3. lib. 1. noue Recopil.

59. Et Atque illa deinceps sine licentia Episcopi, &c. ] Bona, ad quorum titulum quis est facto Ordine insignitus, prohiberi sine licentia Episcopi alienari, resoluunt Nauarr. consil. 16. antiq. alius consil. 21. in nouis, de tempor. ordinat. Sayr. in floribus decis. sub eod. tit. decis. 18. & 60. Henriquez. in sum. lib. 1. c. 37. §. 2. Spin. in speculo testam. gloss. 18. princ. à num. 72. Flaui. Paris. d. lib. 2. q. 6. num. 18. Guttier. pract. lib. 2. q. 65. à num. 10. Cened. ad Decretal. collect. 83. nu. 2. Ceuall. commun. contra communes quest. 527. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 10. num. 13. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 159. num. 2. Vgolin. d. cap. 26. §. 13. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. numer. 181. Campan. in diuers. iuris Canon. rubr. 8. cap. 6. Narbona d. l. 35. gloss. 1. num. 85. cum seqq. Boet. Epo. tom. 4. tit. de iurisdic. eccles. temp. quest. 1. num. 5. Valenz. consil. 32. à num. 1. Ego ipse d. allegat. 19. à num. 75.

60. Alienari, aut extingui, vel remitti, &c. ] Immo nec vendi, Campan. d. rubr. 8. cap. 6. num. 7. quem refero d. alleg. 19. num. 78. nec permutari, Gonzal. d. §. 10. num. 35. cum seqq. Stephan. Gratian. d. cap. 159. num. 3. Ego ipse d. alleg. 19. num. 83. Rot. decis. 614. in 1. collect. Farinac. alias p. 4. diuersor. nec hypothecari, Aloyf. Ricc. in decis. curie Archiepse. Neapol. decis. 212. p. 2. Ego ipse d. alleg. 19. num. 85. nec prescribi tempore ordinario, Melch. Phæbo Lusit. decis. 19. num. 12. tom. 1.

61. Nullatenus possint. ] Vnde alienationem patrimonij, aut extinctionem pensionis subsequentem promotione esse inualidam ipso iure, resoluunt Nauarr. consil. 17. nu. 2. & 4. & consil. 21. n. 2. de tempor. ordinat. in nouis, Flamin. d. q. 6. num. 1. & 35. Campan. d. rubr. 8. cap. 6. num. 8. Ego ipse d. alleg. 19. num. 77. Narbona d. l. 35. gloss. 1. num. 86.

62. Tum ex dictione illa, nullatenus, qua importat nullitatem actus ipso iure, ex multis quos plena manu retuli in tract. de dictionib. vsusq. dict. 226. num. 4. secundum Lugdunen. impress. tum etiam, quia verbum, possunt, negatiue prolatum necessitatem importat, & actum contra gestum omnino reddit nullum, priuatque omni potentia, iuxta gloss. verb. non potest, in cap. non potest, de regul. iuris lib. 6. cum propemodum adductis per me d. tract. dict. 268. num. 3.

63. Donec beneficium ecclesiasticum, &c. ] Ergo alienatio, seu renunciatio patrimonij, ad cuius titulum quis Sacris fuit ordinatus, facta sine licentia Episcopi, valida erit, si tunc habet beneficium, seu alias vnde viuere possit, eo quod illud aduerbium, donec, restringit omnia antecedenta, & est temporis limitatiuum, ex adductis per me d. tract. de dictionib. vsusq. dict. 93. num. 3. & propterea sit sensus affirmatiue constituendus, nempe quod ordinatus ad titulum patrimonij, vel beneficij potest sine licentia Ordinarij vendere patrimonium, beneficiumque resignare si habeat vnde viuat, ita concludunt Flamin. d. quest. 6. num. 16. Ceuall. commun. contra communes q. 527. num. 8. & q. 561. à nu. 22. Stephan. Gratian. d. cap. 159. num. 14. Azor. d. p. 2. lib. 3. cap. 4. quest. 3. D. Illustriss. D. Roderic. à Cunha in comment. ad e. 1. num. 26. dist. 70. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. nu. 186. Costa de indic. cap. 1. numer. 49. Narbona dict. l. 35. gloss. 1. num. 89.

Contrarium vero tenet Quintanad. eccles. lib. 3. nu. 72. Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 11. num. 9. Vgolin. d. cap. 26. §. 13. nu. 4. vbi ait Episcopi licentiam necessariam esse ad patrimonium alienandum, vbi quis beneficium ecclesiasticum, aut patrimonium aliud ad victum sufficiens adeptus fuerit, vt ipse Episcopus arbitretur an id, quoad adeptus est, sat sit ad sumptus pertinentes, cum id arbitrari ad ipsum spectet, si enim contingeret pro-

Barbof. Collect. in Concil. Trid.

fundere, quod deinceps acquisiuit, Clericus admitteretur ad patrimonium prius habitum; Campan. d. rubr. 8. cap. 6. num. 9. vers. & obuiam, vbi ait duo concurrere debere in patrimonij alienatione, alterum quod alia res subrogetur pro decenti victu, alterum quod Episcopus cognoscat, & comperto ita esse assentiat; subditque explicationem illorum verborum, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, posse fieri hoc modo, atque illa deinceps etiam cum licentia Episcopi alienari, &c. vel non possint sine licentia, donec, &c. cum duæ negatiue affirmant, quasi voluerit dicere Concil. vt possint cū licentia quando beneficium ecclesiasticum, &c. nam dictio illa, donec, restringit vsque ad illud tempus; ergo eo elapso permittit, ex text. singulari in l. generaliter. ff. de decurion. refero ego ipse d. alleg. 19. num. 90.

64. Sufficiens. ] Quod autem beneficium, vel patrimonium quoad hoc propositum dicatur sufficiens, docer Fr. Emman. in summ. tom. 2. cap. 15. num. 9. Flamin. Paris. d. q. 6. n. 14. & lib. 5. q. 6. num. 155. Vgolin. de censur. c. 61. de irregular. nu. 6. Petr. de Ledefma d. c. 7. concl. 7. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. beneficium, & verb. dimissoria, §. 5. dub. 4. & p. 2. eod. verb. ad fin. Fr. Ludou. Beia respons. casuum conscient. p. 4. casu 26. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 5. n. 112. cum seqq. Aloyf. Ricc. in decis. curie Archiep. Neapol. decis. 246. num. 2. p. 2. Thom. Valasc. allegat. iuris tom. 1. allegat. 35.

65. Antiquorum Canonum poenas super his innouando. ] Decretum Concilij in presenti innouare pena suspensionis, de qua in cap. neminem, & in cap. sanctorum 70. dist. & aliam, quam incurrit ordinator providendi de necessarijs illum, quem absque titulo ordinauit, donec ecclesiasticum beneficium consequatur, de qua in cap. cum secundum, de prabend. quando scilicet ordinatus, & ordinator in culpa fuerunt, extituant Nauarr. consil. 14. num. 4. & cons. 46. num. 1. & 3. de tempor. ordin. in nouis, Soar. tomo 5. de censur. disp. 31. sect. 1. post num. 35. Campan. d. rubr. 8. cap. 5. num. 1. Sanchez in opuse. mor. lib. 7. cap. 1. dub. 35. num. 12.

66. Alij vero multo plures putant textum in presenti innouare tantummodo penam suspensionis, de qua in d. cap. neminem, & in d. cap. sanctorum, ex quorum numero sunt Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 15. in princ. Vgolin. de irregul. cap. 61. num. 7. Salzed. d. e. 18. num. 1. Spin. d. gloss. 18. num. 65. Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 2. lib. 2. cap. 97. num. 66. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria §. 4. & p. 2. eod. verb. §. 6. & verb. irregularitas §. 2. Fr. Emman. in summ. tom. 2. c. 15. num. 1. & 4. Petr. de Ledefma d. cap. 7. concl. 6. diffic. 5. & conclus. 9. diffic. 2. Flamin. d. lib. 2. quest. 6. num. 18. Luc. Ortiz. in summ. resolut. 10. de suspens. notab. 5. idem Iacob. de Graffijs consil. 14. nu. 14. & 15. de temp. ord. Steph. Fagundez. de quinque Eccles. precept. p. 1. lib. 3. c. 8. sub num. 7. Scortia in Pontific. Constit. epist. 147. theor. 139. Ioan. de la Cruz in direct. Conscient. p. 2. tit. de Sacrament. Ordinis dub. 6. concl. 2. Paul. Comitof. respons. moral. lib. 6. quest. 38. qui omnes aiunt omnino innouari hanc penam, siue quia sublata non erat per d. cap. cum secundum, de prabend. cum ordinatus decepit Episcopum circa titulum suum, siue, quia licet sublata sit, renouata est, & vigori restituta per hoc decretum, quia ipsum simpliciter innouat canoneos antiquos, quorum vnus est d. cap. neminem, & cap. sanctorum.

67. Tertio loco quidam numero, & auctoritate superiores tenent hoc decretum tantum innouare penam d. cap. cum secundum, quæ est solummodo aduersus ordinantem, non vero ordinatum, & sic ordinatum sine titulo non suspensionem, neque aliquam penam incurrere, sed Episcopum cogendum esse illi providere; ita Viuald. in eand. aureo part. 2. de suspens. num. 28. Hentiq. in summ. lib. 13. c. 37. §. 2. Guttier. pract. lib. 2. quest. 65. num. 11. vers. nec opinio Meating. Cened. ad Decretal. collect. 33. num. 2. & 6. ad fin. Auila de censur. part. 3. disput. 5. dub. 5. vers. ex dictis sequitur primo, Nauarr. sibi contrarius cons. 19. num. 2. de temporibus ordinat. Addit ad ipsum Nauarr. cons. 1. quest. 16. in fine, de constitut. Emman. Sa verb. suspensio num. 18. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 1. c. 48. vers. quinta habetur, nu. 6. in fine & vers. 18. num. 16. Fornar. de Ordine cap. 8. num. 8. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 14. numero 16. Sbroz de officio Vicar. libro 1. questione 36. Antonin. Diana moral. resolut. parte 1. tract. 16. miscel. resolut. 5. Marchin. de Sacrament. Ordinis dict. parte 6. cap. 7.

L 2 diffic. 6.



diffic. 6. à prime. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. cap. 8. num. 9. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 83. num. 5. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 5. §. 10. num. 22. Bonacin. de Sacramento. disp. 8. quæst. unica puncto 5. num. 24. vers. primo. Sanctarel. var. quæst. 49. num. 15. & sic decisum fuisse, testantur Nicol. Garc. d. part. 2. cap. 5. num. 27. & 29. Armendar. d. l. 1. de patrimon. cleric. nu. 19. Illustriss. D. meus Roder. à Cunha in comment. ad cap. sanctorum nu. 7. dist. 70. Ego ipse d. p. 2. alleg. 20. num. 27.

68. Et quamvis Sixtus V. in sua constit. quam edidit contra clericos malè promotos incip. *Sanctum, & salutare, sub dat. Nonis Januarij 1583.* ordinatorem sine patrimonio à collatione quoruncunque Ordinum, atque etiam ipsius Tonfuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensum, atque ab ingressu Ecclesiæ interdictum declarauerit, & promotum ab executione ministerio, & exercitio Ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensum pronuntiauerit, attamen quia constitutio hæc nimis rigida multis visa fuit, & scrupulos varios tam promouentibus, quam eis, qui promoti fuerant, ingenerauit, eam postea Clemens VIII. noua quadam Constit. incip. *Romanum Pontif. sub dat. pridie Kal. Martij 1595.* Motu proprio, & ex certa scientia de Apostol. potestatis plenitudine, sua perpetuo valitura constitutione ad terminos sacrorum Canonum, ac Constitutionis Pij Papæ II. incip. *Cum ex sacrorum, sub dat. 15. Kal. Decembris 1401.* & ad dispositionem decretorum S. Concilij Trident. restituit, & reduxit, nec non censuras & pœnas in eadem Sixti constitutione contra quoscunque (præterquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos infictas, quas voluit in suo robore permanere) voluerit, & aboleuit. Ita Soar tom. 5. de censur. disp. vltim. sect. 3. num. 41. Fr. Emman. quæst. regul. tom. 1. quæst. 20. art. 13. Sayr. d. l. 4. cap. 17. post num. 37. Fornar. d. cap. 8. num. 9. vers. nec etiam. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 15. num. 128. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. g. 37. Sanctarel. var. resol. quæst. 49. n. 22. & 23. Illustriss. D.

Roder. à Cunha in comment. ad c. 2. num. 8. dist. 70.

69. Vnde ordinatum ad titulum patrimonij, qui post ordinationem illud retrodonat, seu renunciat, vel alienat, quamuis peccet mortaliter, quia facit contra prohibitionem Concilij, & sic castigari possit per Episcopum, non incurere tamen vllam suspensionem, inferunt Nauarr. in man. cap. 27. num. 158. vers. 2. & cons. 22. Ne temporibus ordin. in nouis, quod deest in antiq. Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 60. Salzed. d. c. 18. num. 13. Gutier. d. g. 65. num. 10. Sayr. d. lib. 4. cap. 15. num. 23. ad fin. Ceuall. g. 527. num. 9. Nicol. Garc. d. p. 2. c. 5. nu. 165. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 159. num. 16. & 17. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 32. num. 72. vers. porro. Ego ipse d. alleg. 20. num. 32.

70. An & quando ordinantes sine titulo, vel cum insufficienti, teneantur de sufficienti prouidere ordinatis, dixi late d. part. 2. alleg. 20. à princip. usque ad num. 23.

70. Sed an donans fraudulenter, vel fictè promittens patrimonium, deprehensa fraude, & constituto quòd promissio patrimonij fuit ficta, & donatio tantum verbalis, puniatur per sententiam iudicis amissione patrimonij? Puniri propter fraudem commissam contra Ecclesiam, resoluunt Fr. Emman. in summa tom. 2. cap. 15. num. 7. Petr. de Ledesma d. c. 7. conclus. 6. diffinit. 5. Auila de censur. part. 3. disp. 5. dub. 5. vers. tertia conclusio. Nicol. Garc. d. part. 2. cap. 5. num. 152. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 32. num. 8. ad med. quos refert & sequitur Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad cap. 1. num. 23. dist. 70.

71. Vtùm donatio pro suscipiendis Ordinibus filio simpliciter facta conferri debeat, seu imputari in legitimam? vide mentum d. part. 2. allegat. 19. num. 64. addo Narbona d. lib. 35. gloss. 1. num. 11. cum segg.

72. Ordinatum in subdiaconum ad titulum patrimonij ipsi à patre assignati, si postea habuit notitiam prioris obligationis dicti patrimonij, non incurere pœnas huius decreti, quia ab initio fuit in bona fide, tenet Sel. dist. cap. 3. num. 17. vbi attestatur sic fuisse decisum sub die 26. Iunij 1621.

*Tertia pars quoruncunque prouentuum, & obventionum, tam dignitatum, quam Canoniciuum, personatum, &c. conuertenda est in distributiones quotidianas, vbi ea sunt ita tenues, vt negligantur, diuidanturque solis interessentibus. Salua consuetudine, per quam non inseruientes recipiunt minus tertia saltem parte. Contumaces vlteriùs puniendi.*

### C A P V T III.

- 1 Doctores de materia huius cap. agentes.
- 2 Distributiones quotidianæ introductæ sunt fauore cultus diuini.
- 3 Decretum hoc locum non habet extra Ecclesiam cathedralem, vel collegiatam.
- 4 Distributiones vbi essent sufficientes, & tolerabiles, detrahi non potest tertia pars eis applicanda.
- 5 Verisimilitudo quòd distributiones negligantur quomodo habenda.
- 6 Pars tertia deducenda est de fructibus secundùm valorem currentem.
- 7 Partis tertiæ deductio faciendæ est deductis oneribus, & sic pensionibus.
- 8 Licentia causa studiorum non excusat ab amissione tertiæ partis fructuum, &c.
- 9 Pars tertia detrahenda est ex omnibus dignitatibus quamuis de iure patronatus sint.
- 10 Dignitates non veniunt sub detractioe tertiæ par-

tis quæ nullas habent distributiones quotidianas quamuis habeant locum in choro.

- 11 Partis tertiæ deductio faciendæ est ex illis dignitatibus, quarum fructus sunt illius Ecclesiæ, in cuius choro sedem habent.
- 12 Duobus remedijs vti non potest Episcopus.
- 13 Decreti istius dispositio habet locum contra omnes Capellanos, & obruentes dignitates.
- 14 Distributiones quotidianæ singulis horis canonicis, & Missæ conuentuali assignari debent.
- 15 Distributiones, quæ acceptæ fuerunt in tertia parte fructuum, assignari debent omnibus horis canonicis.
- 16 Canonicus legitime absens non tenetur de suo soluere pro Missis conuentualibus.
- 17 Portio distributionum Canonicorum absentium interessentibus accrescit.
- 18 Detractio tertiæ partis fit de necessitate quando sunt nullæ distributiones.

a Intra sess. 32. de reformat. cap. 3.

**C**um beneficia ad diuinum cultum, atque Ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur diuinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur, statuit sancta Synodus, & in Ecclesiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, & vel ita tenues, & vt verisimiliter negligantur, e tertiã partem fructuum, & quorum



& quorumcumque proventuum, & obtentionum *¶ tam Dignitatum, quam Canonicatum, personatum, portionum, & officiorum, n separari debere, & in distributiones quotidianas conuerti, & qua inter dignitates obtinentes, & ceteros diuinis interessentes, i proportionabiliter iuxta diuisionem n ab Episcopo, etiam tanquam Apostolica Sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, diuidantur, saluis tamen consuetudinibus earum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non seruientes, nihil vel minus tertia parte percipiunt, non obstantibus exemptionibus, ac alijs consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuscunque, crescenteque non seruientium contumacia, liceat contra eos procedere, iuxta iuris, b ac sacrorum canonum dispositionem.*

6 Infrà sess. 23. de reformat. cap. 1.

1. **V**ide Franc. Leon. in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 2. num. 67. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decisi. 498. in 1. edit. alias resol. 88. in 2. edit. Monet. de distrib. quotid. part. 1. quest. 5. num. 24. cum seqq. metipsum in tract. de Canonici cap. 21. num. 23. cum seqq. & infrà sess. 22. de reformat. cap. 3. nouissime Stephan. Vveym in constitutiones 24. ex iure antiquo desumptas, & per Concil. Triad. innouatas, constit. 11. num. 8. cum seq. pag. 94. & 95.

2. **C**um beneficia ad diuinum cultum, &c. ] Distributiones quotidianas introductas esse fauore cultus diuini, vt in Ecclesijs augeatur, per cap. vnic. de cleric. non resid. lib. 6. tenet Abb. in cap. licet num. 2. de prebend. Rebuff. in concord. trib. de collat. §. 1. verb. distributionum, circa med. Nauarr. de orat. cap. 18. num. 10. & 11. Decian. consil. 69. nu. 2. vol. 2. Stephan. Durant. de ritibus Eccles. cap. 25. num. 4. Vgolin. de simon. tab. 1. cap. 9. §. 4. num. 2. Monet. de distrib. quotid. part. 1. quest. 5. num. 35.

3. **I**n Ecclesijs tam Cathedralibus, quam Collegiatis. ] Ergo extra Ecclesiam Cathedrali, vel Collegiatam hoc decretum locum non habere, decimum testatur Nicol. Garc. de benef. part. 3. cap. 2. num. 473. cum seqq. quem refero d. cap. 21. num. 25.

**V**nde detrahi non posse aliquam partem fructuum beneficiorum, que sunt extra Ecclesiam Cathedrali, vel collegiatam, nisi ipsa beneficia essent incorporata prebendis canonicalibus, resoluunt Piafec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 7. vers. de distributionibus, Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. distributiones quotidiana §. 2. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. resol. 288. nu. 3. vers. de distributionibus.

4. **V**el ita tenues, &c. ] Vbi autem essent distributiones sufficientes, & tolerabiles, tertiam partem fructuum prebendarum applicandam distributionibus, detrahi non posse resoluunt Piafec. d. num. 7. pag. 129. Zerol. in praxi Episcop. part. 2. verb. distributiones quotidiana, Aloyf. Ricc. d. resol. 288. num. 2.

5. **V**t verisimiliter negligantur. ] Verisimilitudinem istam quod distributiones quotidianæ negligantur, & ob id tertia pars fructuum prebendæ in distributiones quotidianas sit conuertenda, iuxta hoc decretum, considerari debere habita ratione numeri omnium canonicorum tam residentium, quam non residentium, refert decimum Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 471.

6. **T**ertiam partem, &c. ] Hanc tertiam partem deducendam esse de fructibus, non secundum taxam antiquam prout est in libris Capitulorum, sed secundum valorem currentem, tenet Nicol. Garc. d. part. 3. cap. 2. num. 467. & cap. 4. num. 22. Aloyf. Ricc. d. resol. 288. num. 3. quos refero d. c. 21. num. 26. Et ita secundum verum valorem, & non secundum taxam prebendarum, idem Nicol. Garc. d. part. 3. cap. 2. num. 467.

7. **H**anc tertiæ partis deductionem faciendam esse deductis oneribus, ait Aldan. in compendio canon. resol. lib. 3. tit. 4. nu. 10. vbi testatur ita fuisse resolutum sub die 7. Aprilis 1629. Et sic deductis prius pensionibus, & alijs oneribus legitime impositis, quandiu illa durauerint, sed de nouo imposita, non comprehendere istam tertiam partem, tenet idem Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 468. vbi subdit quod de fructibus alteri referuatis non fit ista detractio donec referuatiarius vixerit. Distributiones enim quotidianas ne deteriores fiant, pensione grauari non posse, nisi expressis verbis à Pontifice concedatur, refert decimum Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. 5. num. 390.

8. **L**icentiam causa studiorum etiam obtentam à Sede Apostol. non excusare ab amissione istius tertiæ partis Barbos. Collect. in Concil. Triad.

detractæ, sicut non excusat ab amissione cæterarum distributionum quotidianarum, refert decimum Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. procm. num. 179.

9. **T**am Dignitatum, quam Canonicatum, &c. ] Detrahenda igitur est huiusmodi tertia pars ex omnibus Dignitatibus, quamuis de iure patronatus sint, nisi repugnet fundatio, cui per hoc decretum non est derogatum, ita Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 492. & seq.

10. **N**on comprehendi tamen dignitates, que etsi locum habeant in choro, nullas tamen habeant distributiones quotidianas, nec sufficientes prebendas, vel fructus tenues, que reuerti possunt cum Canonicatibus vbi est consuetudo absque alia dispensatione, per cap. licet, de consuet. in 6. resoluunt Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 487. quem refero d. cap. 21. num. 25.

11. **H**anc deductionem tertiæ partis faciendam esse ex illis Dignitatibus, quarum fructus sunt illius Ecclesiæ, in cuius choro hæ dignitates sedem habent, secus vero si nullos fructus perciperent ex illis Ecclesiæ, sed haberent proprios, & distinctos à mensa capitulari, resoluunt Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 465. Et aduertit Stephan. Vveym d. constit. 11. num. 8. in hanc tertiam partem applicandos non esse fructus simplicium beneficiorum, præsertim que extra Ecclesias sunt, in quibus faciendæ distributiones, nisi forte perpetuo vnita, sint Canonicatibus earundem Ecclesiarum.

12. **E**piscopum, quando vñs est remedio de quo in hoc decreto in detrahenda tertia parte ex Dignitatibus, non posse vti remedio alterius, cap. 3. sess. 22. in detrahenda ex illis alia tertia parte, dicit decimum Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 472.

13. **H**anc detractioem, & huius decreti dispositione locum habere contra omnes Capellanos, & Dignitates obtinentes, attestatur resolutum Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 473.

14. **S**eparari debere, & in distributiones, &c. ] Distributiones quotidianas singulis horis canonicis & Missæ conuentualis assignari debere resoluunt gloss. verb. ordinationem, in cap. vnica, de cleric. non resid. in 6. & verb. Cauentur, in Clem. 1. de celebr. Missæ, Nicol. Garc. d. p. 3. c. 2. num. 487. Monet. de distrib. quotid. part. 2. quest. 3. à princip.

15. **D**istributiones quotidianas, que acceptæ fuerunt in tertia parte fructuum dignitatum alicuius Ecclesiæ, assignari debere non duabus horis tantum canonicis, sed etiam reliquis omnibus alijs, quibus qui non interfuerit, distributionem amittit, refert decimum Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 489. Monet. d. quest. 3. num. 1. vbi subdit quod in Ecclesijs, in quibus distributiones non sunt tenues, sed pingues, licet sint aliqua horæ, que nullas distributiones habent, aut tenues, debent ei rationabiles assignari, detrahendo aliquam partem fructuum à prebendis, non autem ab alijs distributionibus, que singulis cæteris horis iam sunt assignatæ.

16. **C**anonicum legitime absentem non teneri de suo soluere pro Missis conuentualibus, ad quas tenetur absens, sed computandum cum illa parte prebendæ, seu distributionum (si distributiones omnes sint loco prebendæ, que relinquunt à legitime absentibus in Cathedralibus, seu Collegiatis, quia onus canendi huiusmodi Missas est penes Capitulum, resoluunt Aldan. d. tit. 4. num. 15. vbi testatur sic fuisse decimum 28. Augusti 1621.

17. **Q**ua inter dignitates obtinentes, & ceteros diuinis interessentes, &c. ] Portionem distributionum Canonicis, alijsve clericis Cathedralis, seu Collegiatæ contingentem, qui non interfuerint, interessentibus accreticere, L 3 probant



probant gloss. *verb. pars dimidia, in Clem. 2. de etate, & qual. & gloss. verb. suspensos, in Clem. 2. de vita, & honest. cleric. Nauarr. in man. c. 25. num. 12. & de orat. cap. 7. num. 34. & misel. 59. de orat. num. 9. Azor. instit. moral. parr. 2. lib. 7. c. 7. q. 8. & 9. Monet. de distrib. quotid. part. 3. quest. 6. num. 16. Rot. in Orto-  
len. Canonicius 10. Junij 1619. coram bone mem. Remboldo, ubi fuit dictum per hoc decretum non adimi interessentibus distributiones creatas ex annuercarijs, & alijs communibus ministerijs.*

18. Hoc decreto agi de canonicatibus, & portionibus, & fieri de necessitate hanc detractioem quando sunt nullae distributiones, & ita tenues, quae distribuuntur interessentibus tantum; sed in cap. 3. sess. 22. deduci hanc tertiam partem ex dignitatibus etiam non ex necessitate, sed in odium non residentium, & partem absentium non presentibus, sed alicui pio loco esse applicandam, refert decretum Nicol. Garc. d. c. 2. nu. 465. Caetera quae circa intellectum vnus, & alterius decreti adduci possunt, inue-

nies infra dict. sess. 22. cap. 3.

1. Proportionabiliter. Hoc est, ut is, cui plus detractum est ex grosso sui beneficii, aliquid amplius accipiat in distributionibus quotidianis secundum modum & proportionem eius, quod amplius ipsi detractum fuit, ut per Stephan. VVeyms dict. consil. 11. num. 12. *vers. si aequae*, ubi in princip. illius numeri refert sacram Congreg. censuisse plus dandum esse ex quotidianis istis distributionibus ei, cui plus est ablatum ex dignitate, vel praebenda pinguiore, adeo ut nihil sit dandum illi, cui nihil fuit ablatum.

2. Ab Episcopo etiam tanquam sedis Apost. delegato, &c. ] Disputat Stephan. VVeyms dict. consil. 11. num. 10. cum seqq. pag. 59. an sic per Episcopos facienda sit ista tertia pars fructuum distributio, ut illorum participatio, hoc est, in distributionibus quotidianis omnes debeant esse pares, & aequaliter participare? vide apud eum,

*Vbi vnus Rector non sufficit populo, adiungat sibi Sacerdotes competentes; datur modus erigendi nouas parochias etiam inuitis Rectoribus, & praefectis. In nouis parochijs danda portio ex fructibus quomodolibet pertinentibus ad Matricem Ecclesiam, qua portione non sufficiente, compellendus populus dare necessaria.*

#### C A P V T I V,

- 1 Episcopus cogere potest Rectores, si illi non sufficiant, adiungere alios clericos ad administrationem Sacramentorum.
- 2 & ad hoc non debet expectari quod Parochiani decedant sine Sacramentis.
- 3 Coadiutoriam erigere non potest Episcopus in vim huius decreti.
- 4 Coadiutores ministri adhibendi quando solus curatus eodem tempore pluribus infirmis providere non potest.
- 5 Episcopus non potest dismembrare partem cura vnus Ecclesiae, & applicare alteri.
- 6 Parochiani qui ob locorum distantiam patiuntur incommoda in percipiendis Sacramentis quomodo succurrendum.
- 7 Episcopi constituere possunt nouas parochias ubi parochiani ob locorum distantiam, siue difficultatem sine magno incommodo ad Sacramenta percipienda accedere non possunt.
- 8 Episcopi arbitrio relinquuntur quantum vnus Ecclesia ab altera distare valeat, ut parochiani Sacramenta commode inde sumere valeant.
- 9 Decretum hoc procedit quamuis Ecclesiae subiectae essent Regularibus.
- 10 Oratorium si adesset in loco minime incommodo non est facienda separatio parochiae ob numerositatem populi.
- 11 Episcopo non licet in Ecclesia sub parochia instituta fontem baptismalem constituere.
- 12 Episcopus inuitis Rectoribus, sed tamen sine illorum prauidicio potest parochiam diuidere ob numerositatem populi.
- 13 Ecclesia matrix, seu parochialis non acquirit ius patronatus in Ecclesia fundata intra suos limites.
- 14 Dos debet assignari tempore fundationis, & non post ac acquirendum ius patronatus.
- 15 Parochiani tenentur providere Rectori de victu ubi de necessitate est edificanda Ecclesia propter numerositatem populi, si non sit unde possit dotari.
- 16 Decima ad Ecclesiam matricem pertinentes non transeunt ipso iure in Ecclesiam parochialem nouiter erectam.

**E** piscopi, etiam tanquam Apostolicae Sedis delegati, in omnibus Ecclesijs parochialibus, vel baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut vnus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, sibi tot Sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum. *a* In his vero, in quibus *b* ob locorum distantiam, siue difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda accedere non possunt, nouas parochias, & etiam inuitis Rectoribus iuxta formam constitutionis Alexandri III. quae incipit, *b* Audientiam, & constituere possint. *c* Illis autem sacerdotibus, qui de nouo erunt Ecclesijs nouiter erectis praeficiendi, competens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad Ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus, & si necesse fuerit, compellere possit populum ea subministrare, quae sufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum sustentandam, quacumque reservatione generali, vel specialis, vel affectione, super dictis Ecclesijs, non obstantibus. Neque huiusmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis alijs derogationibus, vel suspensionibus.

Vide

<sup>a</sup> Cap. & temporis 26. q. 1. & c. fin. de Eccl. iudic.

<sup>b</sup> Cap. ad audientiam de Eccl. iudic. lib. 3. tit. 48.



1. **V**ide nouissime Stephan. VVeyms *ad constitutiones* 24. *ex antiquo iure de sumptibus*, & per Concil. Trident. *in nouat. constit.* 19. pag. 218. ubi innovari dicit *cap. ad audientiam de Ecclef. adific.* per text. *in presenti*, & vnum ac alterum multipliciter declarat, & precipue à nu. 13. Episcopum cogere posse Rectores adiungere alios clericos ad administrationem Sacramentorum, & diuina officia, si vnus Rector non sufficiat, censuit Rot. in Tyrasfonen. congrui seruitij 6. Iunij 1594. coram Giptio, cuius meminit Nicol. Garc. *de benef. part. 12. cap. 3. num. 10.*
2. Non debere expectari quod parochiani decedant sine Sacramentis, vt Episcopi cogant Rectores sibi adiungere alios Sacerdotes in Ecclesijs parochialibus, in quibus populus ita numerosus est, vt vnus Rector non sufficiat, refert decifum Nicol. Garc. *dicta cap. 3. num. 9.*
3. Episcopum in vim huius decreti non posse erigere coadiutoriam, sed vique cogere Rectorem ad adiungendum sibi tot Sacerdotes, qui sufficiant Ecclesijs in Sacramentis ministrandis afferit resolutum Armendar. *in addis. ad recop. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 43.*
4. Quando solus Curatus eodem tempore pluribus infirmi prouideri non potest, non dari iustam causam diuidendi parochiam, sed adhibendi ministros coadiutores. c. c. luit Rot. in *Aquilana nullitatis erectionis* 10. Maij 1613. coram R. P. D. meo Pirouano, apud Farin. *decif.* 484. n. 5. p. 1. *recit.*
5. Episcopum non posse dismembrare partem curæ animarum ab Ecclesia parochiali subiecta Religioni Hierosolymitana, & applicare alteri Ecclesiæ eiusdem loci, sub pretextu quod populus esset numerosus, resoluit Aldan. *in compend. canon. resol. lib. 7. tit. 8. num. 18.* vbi testatur sic fuisse decifum in *Ostunen.* 12. Iulij 1631.
6. Parochianis parochia, quæ circa ciuitatem sita est, qui extra ciuitatem habitant, & ob locorum distantiam, seu difficultatem patiuntur incommoda in percipiendis Sacramentis, & diuinis officijs, succurrendum esse remedio huius decreti, & *cap. ad audientiam de Ecclef. adifican.* refert decifum Aldan. *citato loco*, vt scilicet erigatur noua capella extra ciuitatem, quæ non sit Ecclesia de per se, sed in proprietate Ecclesiæ, in qua ponatur Sacerdos amouibilis approbatus ab Ordinario, qui administret Sacramenta illis, qui sunt extra ciuitatem, quibus non potest in nocte, quia porta ciuitatis clauduntur, & hinc testatur resolutum *sub die 12. Augusti 1628.* non licuisse Episcopo Laudensi dismembrare à parochia sita extra muros ciuitatis partem parochianorum habitantium in ciuitate, sub pretextu quod ad illos non detur aditus de nocte, sed esse construendam capellam per Abbatem parochium intra ciuitatem.
7. **a.** *In ijs vero in quibus ob locorum distantiam, &c.* Vide Mandol. *in praxi signat. tit. erectionis*, Lambertin. *de inuentione part. 1. q. 43. art. 15.* Paul. *de Citadin. eod. tract. part. 3. causa 2. acquirendi num. 90.* Paul. Fusc. *de Visi. lib. 2. c. 2. num. 22.* Rebut. *de decim. quæst. 6. lib. 2. num. 21.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. parochia §. 6.* Piafec. *in simili praxi p. 1. cap. 5. num. 1.* Matth. Soar. *in praxi. & ordine visitandi cap. 4. num. 1.* Petr. Henriq. *conf. 80.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclef. part. 1. cap. 2. num. 68.* Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed. 75.* Aloyf. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclef. decif. 554. in 1. edit. alias resol. 476. in 2. edit. Rot. d. decif. 484. p. 1. recent. metipsum de officio, & potest. Episcopi part. 3. allegat. 68. & in meo formul. Episcop. form. 55.* Valenzuel *conf. 45. nu. 5. cum segg.* Stephan. VVeyms *d. constit. 19. num. 13. cum segg. pag. 226.* vbi cum Lapo *alleg. 67.* asserit sufficientem causam extruendæ nouæ Parochiæ esse si aliqua pars veteris Parochiæ sit in suburbano extra portas vrbis, quæ soleat de nocte firmiter claudi, & non nisi cum magna difficultate aperiri, quasi talis difficultas reputari debeat pro aliqua impossibilitate. Et si similiter si Parochiani ruri commorantes cogantur venire ad suam Parochiam in vrbe sitam, quia cum id decenter facere non possunt cum mulieribus, & familia communiter indutis rustico habitu, præsertim diebus solemnioribus, se commissendo honestioribus ac ditioribus, idoneam dant causam erigendi nouam Parochiam, ne ob disparitatem conditionis, fortune, & morum, ritui, vel ludibrio habeantur, &

sic retrahantur ab audiendis diuinis Officijs. Rota apud Tambur. *post tom. 3. de iure Abbatum decif. 32. num. 3. cum segg.* vbi aduertit quod quamuis inter causas edificandi nouas Ecclesias recensatur etiam incrementum populi, *cap. precipimus 16. q. 1.* tamen Concilium Trident. desiderauit maiorem necessitatem, siue distantiam loci, & difficultatem Parochianorum accedendi ad percipiendâ Sacramenta.

Episcopi arbitrio relinqui quantum vna Ecclesia ab altera distare valeat, vt parochiani Sacramenta commode inde sumere valeant, resoluit Rebuff. *in praxi benef. part. 1. tit. de erect. in curatam & paroch. nu. 9.* Menoch. *de arbit. casu 497. per tot.* Aloyf. Ricc. *d. resol. 476. num. 5.* vbi etiam aduertit à decreto erectionis facto per Episcopum etiam tanquam Sedis Apost. delegatum licere quidem appellare, sed solum ad Sanctissimum.

Procedere dispositionem huius cap. etiam si Ecclesiæ subiectæ essent Regularibus, attestatur decifum Franc. Leo *d. cap. 2. num. 69.* quem refero *d. alleg. 68. num. 6.*

Limitari tamen, nisi in loco minime difficili, nec incommodo, Oratorium adesset, vel Ecclesiæ cum fonte baptismali, & cæteris ad parochiam necessarijs, ibique proponeret in sui adiutorem Sacerdotem, qui ibidem resideret, & Sacramenta posset administrare, quia tunc non posset fieri separatio, ex Menoch. *conf. 477. num. 9.* & Ioan. Bapt. Costa *d. remed. 76. resolut.* Aloyf. Ricc. *d. resol. 476. num. 6.* Trullench. *in exposit. Decalogi lib. 3. cap. 5. dub. 8. num. 7.* Ego ipse *d. alleg. 68. num. 7.* Rota apud Tambur. *citato loco d. decif. 32. num. 6.* vbi aduertit quod quando Ecclesia non est capax totius populi, satis prouideri potest per erectionem nouæ capellæ, quæ sit in proprietate Parochialis antiquæ, & *decif. 33. per tot.*

Episcopo non licere in Ecclesia sub parochia instituta, & à Parochiali duodecim distante miliaribus, fontem baptismalem constituere, prohibente c. *plures 16. quæst. 1.* etiam si ad hoc cohonestandum id peterent rationes, c. *ad audientiam, d. 1. de Ecclef. adificand.* resoluit Aldan. *d. tit. 8. num. 20.* attestans sic fuisse decifum *sub die 17. Augusti 1626.*

**b.** *Ob locorum distantiam, siue difficultatem.* Habet enim distantia locorum, & difficultas iterum in se euidens animarum periculum ne contingat infantes moti sine Baptismo, infirmos sine Sacramentis, aut bene valentes sæpe esse sine sacrificio Missæ diebus dominicis, & festiuis, vt proinde talibus periculis omnino sit occurrendum, ac saluti animarum prouidendum per nouarum Ecclesiarum extruções. Ita Stephan. VVeyms *d. constit. 19. num. 13.*

**γ.** *Eriam inuitis Rectoribus.* Dummodo tamen sine præiudicio nimirum possidentium fiat, vt per Piafec. *in praxi Episcop. p. 1. c. 5. num. 1.* Si cura penes Vicarium, aut Rectorem non sit, sed tantum exercitium, quia non percipit fructus Parochialis, sed tantum suam congruam, de manu scilicet Capituli, tunc ad ipsum Capitulum spectabit defensio, & non ad Vicarium, Abb. *in cap. exirpan. d. §. quia vero, in repet. nu. 15. post prime. de praben.* Rota apud Tambur. *d. decif. 32. num. 10.*

Episcopum posse sine maioris partis parochianorum consensu ad separationem agere, tenet Aloyf. Ricc. *d. resol. 476. num. 6.* quem refero *dicta alleg. 68. num. 4.*

Ecclesiam matricem, seu parochialem non acquirere ius patronatus in Ecclesia fundata intra suos limites, nisi de suo aliquid contulerit, refert decifum Nicol. Garc. *de benef. p. 5. c. 9. num. 57.*

Ad acquisitionem ius patronatus dotem debere assignari tempore fundationis, & non post, nisi quando ex necessitate populi construitur Ecclesia, refert decifum idem Nicol. Garc. *d. c. 9. num. 58.*

**δ.** *Constituere possunt.* Præquam Episcopi diocesani assensum suum præbeant ad erectionem nouæ Parochiæ, aduertit Stephan. VVeyms *d. constit. 19. num. 14. cum segg.* quatuor dispicere debent. Primum, an causa subsit idonea, & sufficiens cur erigi expediat nouam Ecclesiam, non secus quàm inquirere debet in causa præquam res Ecclesiastica alienetur. Secundum, curare debet prouideri de necessarijs, puta luminaribus, custodia



stodia, stipendio custodum, & similibus: qua in parte hoc commodi habebit, quod ad ista tacite obligatus sit is, qui extruxit, vel extruere cepit, *cap. cum sicut, de consec. Eccles. Tertium*, quod Episcopus citare, & audire debeat antiquae Ecclesiae Rectorem, & patronum, si forte causam habeant iustam contradicendi propter regulam iuris quae non patitur cuiquam auferri quod suum est, sine suo facto, vel consensu, *c. quod nostrum, de reg. iuris lib. 6. Quartum*, ut Diocesanus providere debeat vtrique Rectori, tam veteris, quam novae Parochiae de competente sustentatione, dummodo Rector Ecclesiae matricis possit commode in sua sustentari, qui tamen si redditibus abundaverit, poterit ex illis aliquid detrahi, quod Rectori novae Parochiae adjiciatur, siue ex decimis, siue ex alijs corporibus reddituum, cui alioquin providendum erit aliunde, vel per eum, qui novum opus fieri desiderat, vel per subditos, in quorum usum & commodita-

tem nova Ecclesia destinatur. Haecenus Steph. VVeyms, *Illius autem Sacerdotibus, &c.* Vbi de necessitate est edificanda Ecclesia propter periculum animarum ex abundantia populi, & non est unde possit dotari, teneri parochianos providere Rectori de vicu resoluunt Lambertin. *de iure patron lib. 1. p. 1. quest. 5. art. 18. in fine, vers. adnervendum, & lib. 3. quest. 7. art. 2. num. 7. vers. Et si isti beneficiati Bellet. de iur. cleric. part. 1. tit. de clerico debitore §. 14. num. 7.*

Decimas ad Ecclesiam matricem pertinentes non transire ipso iure in Ecclesiam parochialem noviter erectam iuxta formam consti. Alexandri III. quae incip. *Ad audientiam*, sed remanere penes matricem, & Episcopum posse arbitrio suo siue de decimis, siue de alijs fructibus providere, tenet Aldan. *d. tit. 8. num. 25.* asserens ita fuisse decimum in *Meniolanen. de Carlatio 11. Martij 1617.*

Propter Ecclesiarum paupertatem, & in casibus à iure permisis faciat Episcopus uniones perpetuas quaruncunque Ecclesiarum parochialium, & aliorum beneficiorum, etiam non Curatorum cum Curatis.

## CAPUT V.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Capitulum Sede vacante quando possit unire.
- 3 Archiepiscopus unire potest beneficia sua diocesis.
- 4 Legatus à latere unire potest beneficia provinciae sua legationis absque Episcopi prauidicio.
- 5 Abbates, seu Pralati inferiores non possunt unire nisi hoc habeant ex privilegio, seu legitima praescriptione.
- 6 Vicarius generalis non potest beneficia unire sine speciali mandato.
- 7 Causa iusta, veluti necessitas, aut utilitas Ecclesiae requiritur in unione facienda.

- 8 Citari debent omnes quorum interest in unione facienda, non tamen necessarii vocanda est plebs.
- 9 Capituli consensus an & quando in unione per Episcopum facienda intervenire debeat.
- 10 Uniones ad tempus, seu ad vitam non possunt facere Episcopi.
- 11 Beneficia plura simplicia non possunt per Episcopum uniri.
- 12 Beneficia devoluta, & reservata Sedi Apost. quando possit Episcopus unire.
- 13 Beneficia devoluta ad Papam ob Episcopi negligentiam illa non conferentis, potest Episcopus unire.

\* Cap. sicut unire, de exco. p. 21.  
Concil. Lat. sub Leo X. sess. 9. de reform. curiae & infra sess. 24. c. 13.  
Vide sess. 14. cap. 9.  
b Cap. unio. in fin. 10. q. 3. cap. & temporis. cum seq. 16. quest. 1.

**V**T etiam Ecclesiarum status, ubi sacra Deo officia ministrantur, ex dignitate conseruetur, a possint Episcopi, etiam tamquam Apostolicae Sedis delegati, & iuxta formam iuris, siue tamen prauidicio obtinentium, & facere uniones perpetuas quaruncunque Ecclesiarum parochialium & baptismalium, & aliorum beneficiorum curatorum, & vel non curatorum, cum curatis, propter earum paupertatem, & in ceteris casibus à iure permisis, etiam si dictae Ecclesiae, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reservata, aut qualitercunque effecta. <sup>b</sup> Quae uniones etiam non possint reuocari, nec quoquomodo infringi vigore cuiuscunque prouisionis, etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis.

1. **V**ide Caccialup. in tract. de unionibus art. 5. causa 3. Mandol. in reg. 12. de unionibus quest. 5. num. 3. ad fin. Rebuff. in praxi benefice. tit. de unionibus à num. 38. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. num. 20. Zerol. in praxi Episcop. part. 2. verb. unio. Franc. Leo. in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 16. à num. 22. Rot. decis. 133. num. 20. part. 2. diuers. Aloyf. Rice. in praxi verum fori Eccles. decis. 92. in 1. edit. alias resol. 382. in 2. edit. & in decis. curia Archiep. Neapol. decis. 198. part. 4. Azor. in situ. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. Nicol. Garc. de benefice. p. 12. c. 2. Vgolin. de officio Episcopi c. 52. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 258. Sanch. in praepcepta Decalogi lib. 7. cap. 29. num. 145. cum seqq. metipsum de officio. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 66.
2. **a** Possint Episcopi, &c. Idem posse Capitulum Sede vacante, dummodo per eam unionem iurisdictioni Episcopali nihil detrahatur, resoluunt Perusin. de unionibus c. 5. num. 26. Rebuff. in praxi benefice. tit. de unionibus benefice. num. 36. Hoied. de incompatibil. benefice. part. 2. cap. 3. num. 7. vers. similiter Capitulum, Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. unio §. 11. & par. 2. verb. Capitulum §. 4. & verb. unio §. 7. Azor.

dict. part. 2. lib. 6. cap. 28. q. 9. Raguc. de voce Canon. quest. 16. Quarant. in summ. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante, quest. 9. vers. qua conclusio. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 67. & 68. Sanch. d. c. 29. num. 155. Ego ipse d. alleg. 66. num. 5.

Archiepiscopus unire potest beneficia sua diocesis, non autem Suffraganeorum, resoluunt Rebuff. d. tit. de unionibus num. 29. & 30. Hoieda d. c. 3. num. 7. Azor. d. cap. 28. quest. 7. Sanch. d. cap. 29. num. 155.

Legatum à latere unire potest beneficia provinciae suae legationis absque Episcopi prauidicio, tradunt Rebuff. d. tit. de unionibus à num. 24. Hoied. d. cap. 3. num. 7. vers. vltimus Legatus, Azor. d. cap. 28. quest. 8. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 65. Aloyf. Rice. in d. praxi decis. 492. in 1. edit. alias resol. 383. num. 2. in 2. edit. & d. decis. 298. num. 2. p. 4. Sanch. d. c. 29. num. 158. subdens legatum, qui non est de latere, non posse unire. Ego ipse d. alleg. 66. num. 4.

Abbates, atque alios Praelatos Episcopo inferiores non posse unire, nisi hoc vniendi ius ex privilegio aliquo Pontificio seu legitima praescriptione acquirerint, tenent Rebuff. dict. tit. de unionibus num. 32. & 33. Sbroz de



- de vicario Episcopi lib. 2. g. 115. num. 12. Azor. d. e. 28. g. 10. Nicol. Garc. d. e. 10. à num. 71. Aloyf. Rice. d. resol. 383. num. 3. & d. decif. 198. num. 4. p. 4. Sanch. d. e. 29. num. 159. vbi num. 160. secus dicit si ita plene subiectas sibi Ecclesias habeant, & iurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur. Ego ipse d. alleg. 66. num. 6.
6. Vicarium generalem Episcopi non posse beneficium vnire sine speciali mandato, etiam si sibi data fuisset facultas conferendi cum clausula generali, resoluit Rebuff. d. tit. de vnionibus num. 37. & in tit. forma vicariatus nu. 102. Azor. d. e. 28. g. 10. Nicol. Garc. d. e. 2. num. 69. Narbona de appellat. à vicario ad Episcopum p. 1. num. 22. Aloyf. Rice. d. resol. 383. ante num. 1. & d. decif. 198. num. 5. p. 4. Stephan. Gratian. d. e. 278. num. 35. Sanch. d. cap. 29. num. 153. Ego ipse d. alleg. 66. num. 7.
  7. *β* Iuxta formam iuris, &c.] Quo attento ad hanc vnionem per Episcopos alios Praelatos antedictos faciendam requiri iustam causam, veluti necessitatem, aut vtilitatem Ecclesiae, asserunt Rebuff. d. tit. de vnionibus num. 39. Hoied. d. cap. 3. num. 8. Azor. d. e. 26. g. 13. Sanch. d. e. 29. num. 161.
  8. Deinde citari debere omnes illos, quorum interest, probat Clem. 1. §. ad huc, de statu Monach. non tamen necessario vocandam plebem, dicitur Hoied. d. cap. 3. num. 9. Sanchez d. cap. 29. num. 163.
  9. Demum accedere debere consensum Capituli Ecclesiae cathedralis si vnio per Episcopum facienda sit, expresse decidit Clem. 2. de reb. Eccles. non alien. Azor. d. d. cap. 28. g. 12. Aloyf. Rice. d. decif. 198. num. 17. p. 4. Sanch. d. cap. 29. num. 165. vbi subdit quod si Canonici consentire nolint, & iusta causa vnionis faciendae subesset, possent compelli, & num. 165. quod sufficit si huiusmodi consensus postea accedat, & num. 166. disputat, an in hac vnione à Legato de latere faciendae exigatur consensus Capituli, & nu. 167. quod Episcopus non potest vnire Ecclesiam subiectam Abbati, aut alij inferiori Praelato absque illius consensu, & num. 168. quod si Ecclesia sit iurispatronatus, exigitur consensus patroni vt Episcopus eam vnire possit, & num. 183. resoluit etiam attento hoc decreto integrum non esse Episcopis etiam tantquam Sedis Apost. delegatis beneficia vnire absque sui Capituli consensu, de quo etiam Nicol. Garc. d. e. 2. num.

158. Aloyf. Rice. in praxi rerum fore eccles. decif. 487. in 1. edit. alias resol. 378. in 2. edit. & d. decif. 198. num. 15. cum segg. p. 4. Contra Nauart. conf. 10. de officio & potest. iudic. deleg. in nouis, & Sayr. in floribus decisio. sub eod. tit. decif. 10. existimantes Episcopum tanquam Sedis Apostolicae delegatum sine consensu Capituli beneficia vnire posse.
7. *γ* Facere vniones perpetuas. Non autem ad tempus, seu ad vitam, resoluit Zerol. d. p. 1. verb. vnio. §. 7. Azor. d. cap. 28. g. 17. Nicol. Garc. d. e. 2. num. 84. Sanch. d. cap. 29. num. 152. Ego ipse d. alleg. 66. num. 8.
8. *δ* Vel non curatorum cum curatis. Ergo plura beneficia simplicia non posse per Episcopum vniri, resoluit Aloyf. Rice. in d. praxi rerum fore eccles. decif. 720. in 1. edit. alias resol. 610. in 2. edit.
9. *ε* Reseruata, aut qualitercunque affecta, &c.] Episcopum posse vnire beneficia etiam deuoluta, & seruata Sedi Apost. dummodo ex huiusmodi vnione prauidicium non fiat expectanti auctoritate Apost. beneficia illa, resoluit Nauart. conf. 64. de praebend. in antiq. alia §. conf. 12. de reb. Eccles. non alien. in nouis, Rebuff. d. tit. de vnionibus num. 31. Gambar. de auctor. Legati in vniedo nu. 63. Hoied. d. e. 3. n. 7. Sayr. in floribus decif. sub tit. de praebend. decif. 67. Zerol. in prax. Episcop. p. 2. verb. vnio. §. 8. post Abb. Anchar. Mari. Socin. & alios Sanch. d. e. 29. nu. 150. vbi limitat quando reservatio non solum collationem respectu tituli concernebat, sed referuauerat Pontifex certam Ecclesiam suae dispositioni, tunc enim ea verba generalia impediret prout Episcopi dispositionem circa id beneficium, deinde limitat, si reservatio beneficii esset perpetua respectu collationis illius à Romano Pont. semper faciendae, & nu. 151. resoluit Episcopum non posse vnire beneficia exempta à sua iurisdictione.
- Beneficia deuoluta ad Papam ob Episcopi negligentiam non conferentis illa, posse ipsum Episcopum vnire, resoluit Mari. Socin. in cap. sicut vnire, à num. 67. de excess. Praelat. Boer. decif. 346. ad fin. Azor. d. cap. 28. g. 15. Butr. Anchar. Abb. & Federic. quos refert, & sequitur Sanchez d. cap. 29. num. 149.
- Contra Selu. de benefice. p. 3. quest. 11. qualif. 14. Rebuff. d. tit. de deuol. num. 31. Zerol. d. verb. vnio. §. 8. existimantes id sibi non licere, nisi inuenirent illa deuoluta propter praedecessoris negligentiam.

*Imperitis, sed honesta vitae Reſtoribus Vicarij pro tempore deputentur cum parte fructuum assignanda: scandalose autem viuentes, & viuere perseverantes, priuentur beneficijs suis.*

C A P V T VI.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Proccedit in iam promotis.
- 3 Coadiutor deputandus illiteratis dari non potest nisi ab Episcopo.
- 4 Approbatus ad Ordines, seu beneficia potest suscipi si in visitatione reperitur ignarus.
- 5 Coadiutores & Vicarij deputati tenentur ad residentiam sicut Rectores ipsi.
- 6 Parochus, cui datus est coadiutor propter insufficientiam, non potest abesse à residentia.
- 7 Episcopi partem fructuum assignare debent coadiutoribus deputandis imperitis parochialium Recto-ribus.
- 8 Clerici turpiter, & scandalose viuentes possunt priuari beneficijs si in eorū perseverauerint nequitia.
- 9 Inelligitur de appellatione suspensua.

**Q**uia illiterati, & imperiti Parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minus apti sunt officijs, & alij propter eorum vitæ turpitudinem potius destruunt, quam ædificant: a Episcopi etiam tantquam Apostolicae Sedis delegati eisdem illiteratis, & imperitis, si alias honesta vitæ sint, & Coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, & partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu, assignare, vel aliter prouidere possint, quæcumque appellatione, & exemptione remota. *ζ* Eos vero, qui turpiter, & scandalose viuunt, postquam praemoniti fuerint, coercant, ac castigent, & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos beneficijs iuxta sacrorum canonum constitutiones, exemptione, & appellatione quacumque remota, priuandi facultatem habeant.

1. **V**ide Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 21. lit. G. in nouiss. edit. Sbroz. de officio Vicarij lib. 2. g. 112. Renat. Chopin. lib. 2. monast. tit. 3. num. 7. Camill. Borrel in summ. decif. p. 1. tit. 9. nu. 21. Grilenzon. consil. 5. num. 3. Scip. de Rubis verb. coadiutor. num. 3. Franc. Leo, in thesaur. fore eccles. p. 2. cap. 2. num. 71. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 9. num. 29. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Parochia, §. 7. vbi propter identitatis rationem asserit procedere in Parochijs exemptis, Valer. Reginald. in praxi fore praesentent. libro 30. tract. 3. num. 172. Nicol. Garc. de benefice.

a c. illiteratos. 36. dist. cap. nisi cum pridem. de renunc. c. 1. 98. dist. cap. cū ex eo de elect. in 6. Conc. Tolet. 8 can. 8. h. e. quia frater 7. q. 1. c. inuictum 16. q. 1. c. felix de pen. in 6. el. mul. torum. de penis.



- neſe. p. 4. cap. 5. à num. 7. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum feri ec-  
cleſiaſt. deciſ. 574. in 1. edit. aliàs reſolut. 494. in 2. edit. Cam-  
pan. in diuerſ. iuris Canonice. rubr. 5. cap. 5. Nouar. in ſingul.  
Canonie. concluſ. 56. & 57. late Rota deciſ. 23. apud Farinac.  
p. 1. in poſt. Ioan. Sanc. in ſelect. diſp. 50. à num. 3. meipſum  
de officio & poteſt. Episcopii p. 3. allegat. 63. num. 6.  
cum ſeqq. & de Parocho p. 2. cap. 23. à num. 8.
2. Procedere in iam promotis, alioquin nondum pro-  
motos prætextu idonei Vicarij admittendos non eſſe,  
tradunt Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 32. num. 13. Salzed. d.  
cap. 21. lit. G. in princip.
3. Coadiutorem deputandum illiteratis dari non poſſe  
niſi ab Episcopo, nec illius dationem cenſeri compre-  
henſam in generali commiſſione vicariatus, reſolunt  
Sbroz. d. queſt. 212. num. 2. Aloyſ. Ricc. d. reſol. 494. num.  
10. Narbona de appellat. à vicario ad Episcopum p. 1. num.  
210. Nouar. d. concluſ. 56. numer. 3. Ego ipſe diſt. alleg. 63.  
numer. 7.
4. Approbatum ad Ordines, ſeu beneficia ab Episcopo  
competenti poſſe ab inferiore ſuſpendi ob imperitiam,  
ſi ille in viſitatione repertus ſit ignarus, tradit Sel. in ſele-  
ctis Canon. cap. 11. num. 18. atteſtans ſic fuiſſe deciſum ſub  
die 9. Nouembris 1619.
- ¶ *Episcopii etiam, &c.* Quibus ex munere incumbit ex-  
plorare peritiam Rectorum curam animarum exercen-  
tium, quæ præter honeſtatem morum in ipſis requiritur  
ſufficiens ad rectè obeundum tantum munus, quod iu-  
ra vocant artem artium, cap. cum ſit, de acate & qualis. Ita  
Rota d. deciſ. 23. num. 2. in priue. apud Farinac. p. 1. in poſt-  
hum. Et ſic decretum Concilij in præſenti non permis-  
ſionem continet, ſed præceptum ſub mortali obligans,  
vt per Ioann. Sancium ſelect. diſp. 50. num. 7. vbi à num. 11.  
probat poſſe Episcopum ad examen vocare Parochos,  
vt ei per experientiam innotefcat an illorum ſcientia ſit  
extenuata, & boni mores mutati, nam quamuis à prin-  
cipio collationis Parochialis beneficij ſcientia Parocho-  
rum fuerit nota, decurſu temporis diminui poteſt.
- ¶ *Et imperitiis.* Imperiti ad hunc effectum dicuntur il-  
li, qui inhabiles ſunt ad exploranda ea, quæ incumbunt  
muneri ac oneri beneficij, quod habent, & ſecundum  
dignitatem, ſtatum, & officium ad quod aſſumuntur: ex  
adductis per Aloyſ. Ricc. in praxi p. 4. reſol. 547.
- ¶ *Si aliàs honeſta vita ſint.* Hanc vitæ honeſtatem tan-  
ti fecit Concilium Trid. in præſenti, vt illiteratos, & im-  
peritos non amouendos, ſed eis coadiutores dados, aut  
pro tempore Vicarios deputandos conſtituerit, vt ad-  
uertit Rota d. deciſ. 23. num. 3. in fine.
5. ¶ *Coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, &c.* Quos  
quidem quemadmodum Rectores ipſos teneri ad reſidentiam,  
deciſum referunt Galet. in margarita ca-  
ſuum conſciens. verb. reſidentia 1. Aloyſ. Ricc. d. reſol. 494. nu.  
14. Ego ipſe d. alleg. 63. num. 9.
- ¶ *Et parochum, cui datus eſt coadiutor propter inſuffi-*  
cientiam, non poſſe abeſſe à reſidentia, pariter deciſum  
referunt Quarant. in ſumm. Bullarj verb. reſidentia, verſ. præ-  
ter ſummifas. Gonzalez d. §. 9. num. 30. Nicol. Garc. d. cap.  
5. num. 8. Piaſec. in praxi Episcopii p. 2. cap. 3. num. 27. Vgo-  
lin. de officio Episcopii cap. 15. §. 3. ad fin. Ego ipſe d. alleg. 63.  
num. 8.
- ¶ *Paritèrque fructuum, &c.* Vide Gambar. de officio Lega-  
ti lib. 5. tit. de coadiutor. num. 11. Gonzal. d. §. 9. num. 33.  
Aloyſ. Ricc. d. reſol. 494. num. 11. Azor. in ſtit. moral. p. 2. lib.  
3. cap. 2. §. 9. & lib. 8. cap. 6. §. 1. reſoluit auctoritate Epi-  
ſcopi huiusmodi coadiutori certam reddituum portio-  
nem aſſignandam eſſe, refero Ego ipſe d. alleg. 63. num. 13.  
vbi num. 14. trado quid faciendum ſi redditus Eccleſiæ  
coadiutori, & coadiuto non ſufficiant. Refert Ioann.  
Sanc. d. diſp. 50. num. 7. decretum Concilij in præſenti non  
ſolum permiſſionem continere, ex eo videlicet, quòd di-  
cat poſſe Episcopum deputare coadiutorem illiteratis  
Parochis, ſed præceptum ſub mortali obligans, & nu. 16.  
tenet quòd illiteratus Parochus, cui deputatur coadiu-  
tor ſic ab Episcopo denunciatus per ſententiam, inca-  
pax non propterea redditur ad omnia Parochi munia,  
ſed tantum ad illa, quæ ad ſui exercitationem, ſcientiam,  
& litteraturam prærequirit, vt ad audiendas Confes-  
ſiones: vnde ad matrimonio aſſiſtendum inhabilis non  
redditur, Thom. Sanchez de matrim. lib. 3. diſputat. 21.  
numer. 11. & 12. Baſil. Pont. in ſimili tract. lib. 5. cap. 17.  
num. 13.
- ¶ *Eos verò, qui turpiter & ſcandalosè viuunt, &c.* Cleri-  
cos turpiter & ſcandalosè viuentes propter eorum ſcâ-  
dalofam vitam, Eccleſijs deſeruire non debere mali  
exempli cauſa, poſſeque priuari beneficijs, ſi in eorum  
perſeuerauerint nequitia, ex hoc text. colligit Flamin.  
Parif. de reſignat. benefice. lib. 5. queſt. 6. num. 101.
- ¶ *Et appellatione quacunque remota.* Suſpenſiua ſcilicet,  
ſed non deuolutiua, quam poſſe interponi ad Metro-  
politano, non obſtante quòd procedat tanquam Sedis  
Apoſtolicæ delegatus, niſi quando procederet contra  
exemptum vt delegatus, quia tunc eſſet ad Sedem Apo-  
ſtol. interponenda, reſoluit Nicol. Garc. d. p. 4. cap. 5. à nu.  
Vnde Rota in Dertufen. Archipreſbyteratus 16. Nouembris  
1594. coram Penia cenſuit deputationem coadiutoris  
factam ab Ordinario vigore huius decreti non eſſe at-  
tentatam, etiam ſi ſit executà poſt appellationem inter-  
poſitam à ſententia eius, qui iudicialiter proceſſit. Aloyſ.  
Ricc. in praxi p. 4. reſolut. 546. Ioann. Sanc. in ſelect. diſp.  
50. num. 4. refero Ego ipſe d. allegatione 63. num. 10. & de  
Parocho p. 2. cap. 23. num. 10.

*Episcopus curet Ecclesias vetustate, vel aliàs collapsas restaurari, si fieri potest, ex fructibus  
ad eas pertinentibus, quibus non sufficientibus contribuant parochiani. Si autem non pos-  
sunt illæ Ecclesie vllatenus restaurari, destruantur, locusque conuertatur in locum profa-  
num non sordidum, & beneficia talium Ecclesiarum transferantur cum oneribus ad ma-  
trices Ecclesias.*

#### C A P V T VII.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Vicarij absque speciali concessu non possunt restau-  
rari facere Ecclesias vetustate collapsas.
- 3 Cathedralem Ecclesiam non potest Episcopus in  
alium locum diœcesis transferre sine auctoritate  
Apostolica.
- 4 Episcopus non potest in Cathedralem transferre  
Capellanos habentes seruitium chori in capella  
prope Cathedralem.
- 5 Ecclesia, seu Collegium sua iura & priuilegia reti-  
net si Superioris auctoritate in alium locum trã-  
feratur.
- 6 Ecclesie reficiendæ, & instaurandæ deducto prius  
necessario ad Rectorum sustentationem.
- 7 Ecclesie ex fructibus, & prouentibus ad illas quo-  
modocunque pertinentibus reparari debent.
- 8 Patroni Ecclesias sui iuris patronatus collapsas re-  
staurari debent si non fuerint sufficiens illarum  
fructus.
- 9 Ecclesiarum ad reparationem contribuere tenen-  
tur



- tur pro rata reddituum Rectores, & alij in eis beneficia obtinentes.
- 10 Deductis prius necessarijs ad eorum sustentationem.
  - 11 Cathedralis Ecclesie reparatio spectat ad Episcopum.
  - 12 Pensionem habens super beneficio ecclesiastico pro rata ad illius Ecclesie reparationem tenetur, nisi, &c.
  - 13 Beneficiati si non habeant ab Ecclesia tot redditus, quibus prestare possint talem reparationem, tunc in illorum defectum tenentur parochiani.
  - 14 Parochiani non possunt cedere usui Ecclesie, & recedere à parochia ut euitent onera, & eorum prestationem.
  - 15 Contributio pro Ecclesiarum reparatione facienda est ad instantiam, & coactionem Episcopi.
  - 16 Parochiani possunt cogi ad contribuendum pro Ecclesiarum reparatione per iudicem secularem, si eum requirat Episcopus.
  - 17 Appellatio hoc casu prohibita.
  - 18 Nobiles, & alij exempti contribuere tenentur ad Ecclesiarum reparationem.
  - 19 Ecclesie, que nimia inopia laborant, & reparari nequeunt, ad matrices, seu viciniores Ecclesias sunt transferendæ.
  - 20 Ecclesia quando diruitur, onus Missarum ad matricem Ecclesiam transferendum.
  - 21 Ecclesiarum translatio quando facienda necessitate id exigente.
  - 22 Episcopus potest profanare Ecclesias parochiales.
  - 23 Ordinarius non debet sine causa profanare capellas.
  - 24 Cements, & lapides Ecclesiarum ad vsus profanos conuerti non possunt.
  - 25 Populus si noluit Ecclesiam que minatur ruinam, restaurare, illa debet penitus dirui.

**C**um illud quoque valde curandum sit, ne ea, quæ sacris ministerijs dedicata sunt, temporum iniuria adoleant, & ex hominum memoria excidant, & Episcopi, etiam tanquam Apostolica Sedis delegati, & transferre possunt beneficia simplicia, etiam iuris patronatus, ex Ecclesijs, quæ vetustate, vel alijs collapsæ sint, & ob eorum inopiam nequeant instaurari, & vocatis ijs, quorum interest, in matrices, aut alias Ecclesias locorum eorundem, seu vicinorum, arbitrio suo: atque in eisdem Ecclesijs erigant altaria, vel capellas, sub eisdem inuocationibus: vel in iam erecta altaria, vel capellas, transferant cum omnibus emolumentis & oneribus, prioribus Ecclesijs impositis. Parochiales verò Ecclesias, etiam si iuris patronatus sint, ita collapsas & refici, & instaurari procurent, & ex fructibus & prouentibus quibuscumque, ad eandem Ecclesias, quomodocumque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, & omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesijs prouenientes percipiunt, & aut, in illorum defectum parochianos omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant: & quacumque appellatione, & exemptione, & contradictione remota. Quod si nimia egestate omnes laborent: ad Matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas parochiales, quam alias Ecclesias dirutas, & in profanos vsus non sordidos, & erecta tamen ibi cruce, conuertendi.

4 Cap. 1. Sec. pen. de Ecclesijs vel repar. infra c. 8. & supra sess. 7. cap. 8. de reformat.

1. Vide Pernf. de unionib. cap. 4. num. 11. Boer. decis. 345. Mandos. regul. 21. Cancell. quest. 7. & 8. Gig. consil. 117. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 10. num. 15. & 16. Cened. ad Decretal. collect. 153. Fr. Emmanuel. quest. regul. tomo 1. quest. 43. art. 13. Bobadil. in sua politica lib. 3. cap. 5. nu. 34. Franc. Leon. in thesauro fori eccles. p. 2. cap. 2. nu. 73. & cap. 16. à num. 15. Aloyf. Ricc. in decis. curia Archiepiscopi Neapolit. p. 4. decis. 15. & 293. latè Salgado de protectione Regia tom. 1. part. 3. cap. 5. per tot. Gabr. Pereira de manu Regia part. 1. cap. 18. metipsum de officio & potestate Episcopi part. 3. alleg. 64. per tot. & de Parocho part. 1. cap. 13.
2. [Episcopi.] Non autem eorum Vicarij absque speciali concessu, vt per Sbroz. de vicario Episcopi lib. 2. q. 117. num. 3. Franc. Leo dict. cap. 16. numer. 16. Aloyf. Ricc. in decis. curia Archiepiscopi Neapolit. par. 4. decis. 79. & decis. 310. numer. 1. metipsum dict. par. 3. allegat. 54. num. 81. & sic respondisse sacram Congreg. refert Stephan. VVeyms ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas, & per Concil. Trident. innouatas, constitution. 19. num. 30. in fine pag. 231.
3. [Transferre possint beneficia simplicia, &c.] Episcopum non posse sine Apostol. auctoritate transferre Matricem, id est, Ecclesiam cathedralem in alium locum diocesis, resoluit Menoch. consil. 73. numer. 46. quem refero d. part. 3. allegat. 50. num. 5.
4. Episcopum non posse transferre in Cathedrali Capellanos habentes seruitium chori in capella prope Cathedrali existente ob paruum numerum Capellanos, propter quod minus decenter ibidem chorus, vbi retineatur, tradit Sel. in select. Canonie. cap. 11. num. 18. vbi refert sic fuisse decitum in Burgen. 12. Augusti 1628.

7 Vocatis ijs, quorum interest. Citandi ergo erunt illi,

de quorum interesse agitur, aliàs sententia sine illorum citatione lata, nulla erit. ita in his terminis resoluit Rota decis. 107. numer. 2. in fine, apud Farinac. part. 1. in posthum.

[Cum omnibus emolumentis, & oneribus, &c.] Ecclesiam, seu Collegium sua iura, priuilegia, & exemptiones retinere si superioris auctoritate in alium locum transferantur, resoluit Alexand. consil. 43. vol. 1. Gail libro 2. obseruation. 61. numer. 10. Brun. in tract. de reformat. & mut. membr. 3. conclus. 3. numer. 78. quos refert Erasim. à Cochier de iurisdic. Ordinarij in exemptos. part. 3. quest. 21. num. 2.

[Parochiales verò Ecclesias, &c.] Cathedralium verò Ecclesiarum reparatio spectat ad Episcopos, Bero. consil. 3. per totum vol. 1. Rota decis. 454. num. 1. apud Farinac. part. 1. in posthum. vbi etiam quod tenentur reparare Ecclesias Cathedrali annexas, & ab illa dependentes: quam Episcoporum contributionem non debere ascendere ad quartam partem reddituum Episcopatum, tenet ead. Rota decis. 501. num. 3. ead. part. 1. in posthum.

[Refici, & instaurari procurent.] Deducto scilicet prius necessario ad suam sustentationem, ne aliàs cogantur deseruire sine alimentis, Guttierrez allegat. 10. numer. 7. ad finem, Sarmient. de redditib. part. 1. monit. 82. numer. 3. Salgado dict. cap. 5. numer. 16. Cened. ad Decretal. collect. 153. numer. 1. in med. vbi post Caualecan. part. 2. decis. 22. numer. 23. intelligit hoc deductis necessarijs his, qui resident, secus si non residerent, quia tenerentur etiam non deductis omnibus necessarijs, cum de Altari viuere non debeat, qui Altari non seruit. Quibus enim aliqui fructus fuerint assignati pro congrua sustentatione, ex illis non tenentur reparare Ecclesiam, cap. ex his, & ibi



- ibi Butr. numer. 1. *versic. vox enim, Abb. Anchar. & Card. numer. 2. de Eccles. edificand. cap. ad audientiam et 1. vbi Ioan. Andr. & Abb. numer. 7. Butr. numer. 9. Boinch. numer. 2. Anchar. numer. 5. eodem titul. Surd. consil. 62. numer. 11. quos, & alios, refert Rota dict. decis. 454. numer. 2.*
7. *Ex fructibus, & prouentibus, &c.]* Ecclesias ex fructibus, & prouentibus ad illas quomodocumque pertinentibus reparari debere, resoluit Azor. *institutionum moral. part. 2. libro 9. cap. 3. quæst. 7. quem refero dict. part. 3. allegat. 64. à princip. Ex regula quod onus reparationis spectat ad illum, qui percipit fructus, ex cumuatis per Surdum dict. consil. 62. numer. 1. cum seqq. quem refert Rota d. decis. 454. numer. 2.*
8. *Omnes patronos, &c.]* Vide Lambertin. *de iurepatron. artic. 2. quæstione 7. princip. lib. 3. numer. 5. & 7. Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de clerico debitore, §. 14. numer. 10. vbi ait ideo patronos ad huiusmodi reparationem teneri, quia percipiunt emolumentum à iurepatronatus, quod in præsentatione consistit, & habent honorantias primi loci in processibus, & sessionibus, & percipiunt alimenta ab ipsa Ecclesia in necessitate.*
9. *Et alios, qui fructus aliquos, &c.]* Ad Ecclesiarum reparationem Rectores, & alios in eis beneficia obtinentes contribuere teneri pro rata reddituum, resoluit Rip. *respons. 22. numer. 3. Flamin. Paris. de resignat. benefice. lib. 3. quæst. 15. numer. 1. Surd. consil. 62. à num. 1. Cened. ad Decretal. collect. 153. numer. 1. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resolut. 476. numer. 4. AZOR. institutionum moral. part. 2. lib. 9. cap. 3. quæstio 10. Valasc. consil. 179. numer. 12. Verum quod Ecclesiarum reparatio spectet ad Rectores, quibus decimæ soluuntur, nedum vsque ad quartam reddituum, sed etiam vltra, si quarta non sufficit, censuit Rota decis. 545. à num. 1. apud Fatimac. part. 1. in posthum.*
10. Dummodo prius deducantur necessaria ad eorum sustentationem, vt obseruant Sarmient. & Cened. *citatis locis, & vltra eos ac alios supra relatos idem tradunt Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de clerico debitore, §. 15. numer. 1. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. quæst. 83. concl. 3. vbi subdit teneri Rectorem ad reparationem si beneficij bona sustentandæ vitæ superent, quamuis ad tuendam conditionem, seu statum non sufficiant, quia beneficiorum fructus non ad crescendo, aut erigendos, seu fouendos mundanos titulos, sed ad pauperes alendos, & diuinum cultum instituendum sint concessi, de quo etiam Aloyf. Ricc. in decis. curia Archiep. Neapolit. p. 4. decis. 293.*
11. Cathedralis Ecclesiarum reparationem spectare ad Episcopum, tenent citati supra post num. 7. quibus addo Paul. Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 10. numer. 5. subdens quod si magna egeat reparatione, & fructus sint tenues, quod si sufficiant ad paruum victum, tenetur supplere Capitulum ipsius Ecclesiarum de fructibus, qui superant detractis necessarijs: si redditus tamen Episcopi, & Canonicorum non sufficiant, poterit Episcopus accedentibus Canonicis redditus beneficiorum vacantium applicare fabricæ Ecclesiarum Cathedralis, Abb. in cap. 1. de Eccles. edificand. Felin. in cap. cum accessissent, de consil. Ego ipse d. alleg. 64. numer. 5. Rot. decis. 627. p. 1. recentior. Theodos. de Rubens in singularib. Rota tom. 2. pag. 158. & seqq.*
12. Pensionem super beneficio ecclesiastico, & fructibus eius impostam habens clericus pro rata ad illius Ecclesiarum reparationem tenetur, nisi pensio ita imposta fuerit, vt ab omni onere libera solueretur, ita Nauarr. *consil. vnic. de Eccles. edificand. in nouis, quod deest in antiq. Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 1. Ego ipse d. p. 3. alleg. 64. numer. 18.*
13. *Aut in illorum defectum parochianos, &c.]* Qui subscripta consuetudine non tenentur contribuere, nisi in defectum Episcopi & Cleri. Bero. *consil. 3. numer. 3. cum seqq. lib. 1. Surd. consil. 62. numer. 23. Rota decis. 501. numer. 4. p. 1. in posthum. & decis. 545. numer. 1. ead. p. 1. Beneficiari enim si non habeant ab Ecclesia tot redditus, quibus præstare possint talem reparationem, tunc in illorum defectum teneri parochianos, firmant Abb. consil. 70. numer. 2. p. 1.*
- Lambertin. *de iurepatron. artic. 2. 7. quæstione princip. numer. 4. vers. tertius est casus, & numer. 7. versic. & si isti beneficiari, Rip. resp. 22. col. 2. versic. & ibi redditus, Auil. ad cap. 23. Prator. verb. den Orden, num. 11. Azor. d. cap. 3. quæstio 10. Cabed. Lusit. decis. 91. numer. 8. p. 1. Valasc. consil. 179. numer. 16. Bellet. d. tit. de clerico debitore, §. 14. nu. 5. Aloyf. Ricc. in d. praxi rerum fori eccles. resolut. 476. numer. 7. & in decis. curia Archiep. Neapolit. p. 4. decis. 15. numer. 7. Ego ipse de Episcop. p. 3. allegat. 64. numer. 7. & de Parocho p. 1. cap. 13. numer. 6. cum seqq.*
- Quos quidem parochianos, & etiam clericos beneficiatos non posse cedere vsui Ecclesiarum, & recedere à parochia, seu renunciare beneficio, vt euent onera, & eorum præstationem, tenent Lambertin. *dict. quæst. 7. art. 2. numer. 7. versic. & isti beneficiari, & art. 5. numer. 2. Gregor. Lop. l. 11. titul. 10. part. 1. Bellet. d. §. 14. numer. 7. versic. & in tantum.*
- Ad prædicta cogant.]* Ad Episcopum igitur, & ad illius instantiam, & coactionem esse faciendam huiusmodi contributionem, resoluit Valasc. *consil. 91. §. ult. quem refero d. alleg. 64. numer. 8. Gabriel. Pereira d. p. 1. cap. 18. nu. 8. vbi resoluit de iure ad Prælatos spectare examinare & decernere quæ nam opera in Ecclesia fieri debeant, contributiones decernere, & ad illas subeundas cogere: & numer. 9. subdit quod si Prælati in talibus collectis excesserint, poterunt grauati ad legitimum Superiorem supplicare.*
- Quoad laicos verò parochianos in maiorem prædictorum executionem posse fieri per iudices seculares, si eos requirat Episcopus, obseruant nonnulli, secundum quos cautè legendos admotheo Mexi. in tract. *casu panis conclusion. 5. à num. 68. Carol. de Grassal. reg. Francie lib. 2. in v. 6. Guilielm. Bened. in resp. cap. Raynuius, verb. & uxorem, decis. 2. numer. 138. Ceuall. in tract. de cognit. per viam violentia, p. 2. quæst. 99. Ordin. Reg. Lusit. lib. 1. titul. 64. §. 76.*
- Quicumque appellatione, &c.]* Appellationem hoc casu esse prohibitam, tenent Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. in annot. numer. 218. Salgado de protectione Regis, part. 3. cap. 5. numer. 15. Ego ipse de Parocho p. 1. cap. 13. nu. 9. in fine.*
- Exemptione.]* Nobiles, & alios exemptos contribuere teneri, cum hoc sit opus publicum, & commune, ac concernens omnium vtilitatem, resoluit Auendan. *de exequendis mand. lib. 2. cap. 14. numer. 19. Cened. dict. collect. 153. numer. 3. Cabed. dict. part. 1. decis. 91. numer. 1. cum seqq. Aloyf. Ricc. d. decis. 15. numer. 4. part. 4. Ego ipse dict. allegat. 64. numero 7. & dict. cap. 13. numer. 9.*
- Quid si nimia egestate, &c.]* Ecclesias, quæ nimia inopia laborant, & reparari non valent, ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferendas per hoc decretum tradit Aloyf. Ricc. *in praxi aurea resolut. 201. numer. 1. Ego ipse d. cap. 13. numer. 11.*
- Translacionem Ecclesiarum vetustate collapsarum factam ad alias Ecclesias vnionem dici non posse resoluit Aloyf. Ricc. *in d. praxi aurea, resolut. 208. per tot.*
- Ad Matrices, &c.]* Quando Ecclesia diruitur, onus Misarum ad matricem Ecclesiam transferendum esse, & in ea expensis possidentis Ecclesiam dirutam Altare erigendum sub nomine dirutæ, refert decium Salgado *de protectione regia tom. 1. part. 3. cap. 5. numer. 27. vbi numer. 28. subdit matricem Ecclesiam, ad quam hæc transitio facienda est, intelligi de Parochiali, scilicet respectu capellarum, & aliarum inferiorum simplicium sub illius districtu existentium, quia earum respectu Parochialis dicitur matrix, ad eamque facienda est transitio prædicta, & citat Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Matrix.*
- Seu viciniores Ecclesias transferantur.]* De Ecclesiarum translacione facienda quando necessitas id exigat, vide Rebuff. *in praxi benefice. tit. de vnion. gloss. 11. numer. 3. Perud. de vnion. cap. 4. numer. 11. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. visitatio, §. 9. Mandos. Fr. Emman. & Bobadi. locis in princ. citatis. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 201.*
- In profanos vsus, &c.]* Episcopum posse profanare Ecclesias Parochiales ad præscriptum Concilij in-



presenti tenet Sel. in select. Canonis, cap. 19. nu. 3. attestans ita fuisse decisum in Thelesina 13. Septembris 1631. Stephan. VVeyms ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas, & per Concil. Trid. innovatas, constit. 19. num. 30. pag. 231. ubi ait quod poterit Episcopus Ecclesiam sic dirutam, hoc est, locum ipsum, & materialia, arbitrio suo conuertere in alios vsus, dummodo non fordidos, atque adeo etiã in vsus profanos. Rot. dec. 707. num. 2. apud Farmac. p. 1. in posthum. ubi quod Episcopus non potest profanare cœmeterium, sicut potest profanare Ecclesiam dirutam.

23. Ordinarium non debere sine causa profanare capellas, & si aliquam profanandi causam habet, eorum cœmeteria potius attribuenda esse Ecclesiæ, quæ est capta dictarum Capellarum, quam alteri, referunt decisiuim Aloyf. Ricc. in d. praxi aurea resolut. 201. num. 2. Salgado de protectione Regia tom. 1. p. 3. c. 5. num. 27.

24. Ad vsus verò profanos, vel laicorum, huiusmodi cœmeteria, & lapides Ecclesiarum destructarum conuerti non posse, probat cap. signa, de consec. dist. 1. cap. ad hæc, de relig. domib. Bellet. d. tit. de clericis debitoribus §. 14. num. 11. Ar-mendar. in addit. ad recopil. legum Nauarre lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 85. Nauarr. de spolijs clericis §. 18. prope fin. vers. secundum, ubi resolut non posse Ordinarium concedere facultatem faciendi domum laicam ex lapidibus Ecclesiæ destructæ, vel collapsæ, non quidem quia sunt sacra,

aut sancta sanctitate benedictionis constitutiue sacri, sed ob reuerentiã Ecclesiæ, cui seruiuerunt, cum nullo iure videatur concessa ei super hoc disponendi facultas, attestatur tamen se vidisse in Hispania ligna Ecclesiæ veteris dirutæ, quæ noua ampliori construendæ inepta erant, vendi plus offerenti, etiam volenti ex eis domum profanam facere, vel reficere sine licentia etiam Ordinarij, quod forte, ait, dissimulari posset in lignis non pictis, nec vilo signo insignitis, quo posita in structura domus profanæ, noscerentur fuisse Ecclesiæ, ac proinde scâdalarizetur.

25. Erecta tamen ibi Cruce, &c. ] Si populus noluit Ecclesiam, quæ minatur ruinam, restaurare, eam deberi penitus dirui, referunt decisiuim Paul. Fusc. d. lib. 1. cap. 10. nu. 16. Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verb. Parochia, §. 6. Aloyf. Ricc. in d. praxi aurea resolut. 201. in fine. Ego ipse d. p. 3. allegat. 64. num. 13. Salgado d. cap. 5. num. 27. subdens quod Ecclesia diruta parulorum reddituum potest in profanos vsus, non tamen fordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuerti, & transferri ad Matricem, seu viciniorum Ecclesiam, ubi erigendum est Altare sub eadem inuocatione; impositò onere titulari, vt curet ibi celebrare singulis hebdomadis per Sacerdotem idoneum, cœmeterium ita profanandum, & deinde ossa transferenda esse ad nouum cœmeterium, quod à titulari construatur in eo loco, quo magis placuerit populo.

De Episcoporum cura, & visitatione eorum, quæ ad suam Ecclesiam pertinent.

C A P V T VIII.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Visitare post Episcopus beneficia qualitercumque commendata.
- 3 Visitare potest Episcopus illa monasteria commendata perpetuo vnica alijs Ecclesijs.
- 4 Visitatio vicinioris Episcopi nullo modo effugi potest quamuis loca sint exempta, seu nullius.
- 5 Abbates, & alij inferiores iurisdictionem habentes possunt visitare.
- 6 Capitulum Sede vacante non potest visitare monasteria exempta.

- 7 Ecclesia curata etiam militum Hierosol. ab Ordinarijs sunt visitande.
- 8 Monachus exerceens curam animarum in Ecclesia vnica monasterio potest arbitrio Episcopi remoueri.
- 9 Non procedit si excedant modum.
- 10 Episcopus non debet se interponere in monasterijs, in quibus viget Regularis obseruantia.
- 11 Episcopus quando monere debeat Superiores monasteriorum in quibus viget Regularis obseruantia, vt ipsi visitent, &c.

Quæcumque in diœcesi ad Dei cultum spectant, ab Ordinario diligenter curari, atque ijs, ubi oportet, prouideri æquum est: propterea commendata monasteria, etiam Abbatia, Prioratus, & propositura nuncupata, in quibus non viget Regularis obseruantia, necnon beneficia tam curata, quam non curata, sæcularia & Regularia, a qualitercumque commendata & etiã exempta, ab Episcopis, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, 3 annis singulis visitentur, curentque ijdem Episcopi congruentibus remedijs etiam per sequestrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent, aut restauratione, reficiantur; & cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis imminet, aliaque debita obsequia rectè exerceantur, & appellationibus quibuscumque, priuilegijs, consuetudinibus etiam immemorabili tempore præscriptis, conseruatorijs, iudicium deputationibus & eorum inhibitionibus non obstantibus: & si in eis vigeret obseruantia Regularis, prouideant Episcopis paternis admonitionibus, vt eorum regularium Superiores iuxta eorum Regularia instituta debitam viuendi rationem obseruent, & obseruari faciant, & sibi subditos in officio contineant, ac moderentur. Quod si admoniti, intra sex menses eos non visitauerint, vel correxerint: tunc ijdem Episcopi etiam vt delegati Sedis Apostolicæ, eos visitare possint, & corrigere, prout ipsi Superiores possent, iuxta eorum instituta, quibuscumque appellationibus, priuilegijs, & exemptionibus, penitus remotis, & non obstantibus.

1. Vide Iacob. de Graff. in aureis decisi. part. 1. lib. 3. cap. 5. de Regularibus num. 141. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30. quest. 10. Franc. Leo in thesaurio fori eccles. part. 2. cap. 2. num. 74. Piafec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 45. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori eccles. decisi. 651. in 1. edit. alijs resolut. 547. num. 2. in 2. edit. Campan. in diuers. iuris Canon. rubr. 12. capit. 13. num. 45. cum seqq. nouissimè Stephan. VVeyms ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas, & per Concil. Trid. innovatas, constit. 17. num. 8. cum seqq. pag. 192. Barbos. Collect. in Concil. Trid.

Nouar. in lucerna Regul. verb. Episcopus quoad Regulares, num. 35. Ioan. Sanc. in select. dist. 50. num. 12. nouissimè Tamburini, tomo 3. de iure Abbatum dist. 5. q. 11. num. 67. & post tract. decisi. 67. eam seqq. metipsum de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg. 74. num. 15. cum seqq. infra sess. 2. de reformat. cap. 9. & sess. 25. de Regul. cap. 11. & 20.  
a. Qualitercumque commendata] Vide Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 9. à num. 8. Fr. Emman. quest. Regular. tomo 1. quest. 36. art. 3. Campan. d. e. 13. num. 45. cum seqq.

M Episco-



3. Episcopum posse visitare illa monasteria commendata, perpetuo vnita alijs Ecclesijs, vel pijs locis, etiamsi ipsa loca sint sub regulari protectione, refert decimum Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarre lib. 1. tit. 6. de visitat. num. 100.
4. *β* Etiam exempta. Visitationem vicinioris Episcopi nullo modo effugi posse, quamuis loca sint exempta, seu nullius, censuit Ror. dec. 396. p. 1. recent. & dec. 501. num. 5. p. 2. recent.
5. *γ* Ab Episcopis. Idem ab inferioribus, Abbatibus scilicet, Prioribus, Praepositis, & alijs iurisdictionem habentibus, vt per Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 18. vers. 6.
6. Capitulum Sede vacante non posse visitare monasteria exempta, qua visitat Episcopus auctoritate Apostol. resoluit Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 118. num. 4.
- δ* Annis singulis. Vide metipsum de officio & potest. Episcopi p. 3. alleg. 73. num. 2.
7. *ε* Et cura animarum, &c. Ecclesias ubi cura animarum exercetur, visitari posse ab Ordinarijs, etiamsi illa essent Militum Hierosolymitanorum, ita tamen, vt illa dumtaxat visitent, qua animarum curam, illiusque exercitium & Sacramentorum administrationem respiciunt, refert decimum Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 102.
8. Monachum exercentem curam animarum in Ecclesia vnita monasterio remoueri posse arbitrio Episcopi, absque eo quod teneatur deducere causas, neque eas iustificare, tenet Sel. in select. Canon. c. 12. num. 13, attestans ita fuisse decisum in Camarinen. 18. Septembris 1627.
9. *ζ* Quibuscumque appellationibus, &c. Non procedere si excedant modum, resoluit Ceuall. commun. contra communes tom. 4. quest. 897. num. 927.
10. *η* Et si in eis vigeret obseruantia Regularis, &c. Episcopum non debere se interponere in monasterijs, in quibus viget Regularis obseruantia, refert decimum Armendar. d. tit. 6. de visitat. num. 98. Ego ipse d. p. 3. allegat. 74. nu. 16. Stephan. VVeyms d. constitutione 17. num. 9. Nouar. xvi. supra.
11. *θ* Quod si admoniti intra sex menses, &c. Quando in monasterijs viget Regularis obseruantia, monere debet Episcopus eorum Superiores vt ipsi visitent, & corrigenda corrigant, qui si intra sex menses visitare neglexerint, Episcopus ipse visitare possit, & corrigere, nullo priuilegio, aut appellatione obstanti, vt per Campan. d. rubric. 12. cap. 13. num. 50. quem refert d. allegatione 74. num. 16. Stephan. VVeyms d. constitutione 17. num. 9. Laurentus de Franchis in controuers. inter Episcop. & Regular. cap. 6. vers. decimo.

*Questorum eleemosynarum nomen, & vsus penitus tollitur. Indulgentias, & Spirituales gratias Ordinarij publicent, & duo de Capitulo fideliter eleemosynas recipiant sine vlla mercede.*

## CAPVT IX.

- 1 Doctores de materia huius text. & abusu, ac penis questorum eleemosynarum.
- 2 Eleemosynam querere quando Sedes Apost. alicui pio loco ex causa concedit, Episcopo qualiter rescribat.
- 3 Eleemosynarum questores potest Ordinarius, non obstante qualicunque exemptione, incarcerare, excommunicare, &c.
- 4 Priuilegia mendicantium ne prohibeantur petere eleemosynas, sunt abrogata per hoc decretum.
- 5 Fratres mendicantes non possunt ab Episcopis prohiberi quominus per se ipsos in diocesis ubi habent Conuentus, eleemosynas querant.
- 6 Regulares, qui ex institutione eleemosynas queritare solent, non tenentur petere ab Ordinarijs licentia.
- 7 Indulgentia questuarie reuocata.

4 Conc. Lat. cap. 63. sub Innoc. 3. p. cum ex eo. de pen. & remiss. Clem. abufionibus eor. tit. & infra fell. vit. in decreto de Indul. & supra fell. 5. cap. 2.

**C**VM multa à diuersis antea Concilij, tam Lateranensi, ac Lugdunensi, quam Viennensi, aduersus prauos eleemosynarum Questorum abusus remedia tunc adhibita, posterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, potiusque eorum malitia ita quotidie magno fidelium omnium scandalo, & querela excrecere deprehendatur, vt de eorum emendatione nulla spes amplius relicta videatur, statuit, vt posthac in quibuscumque Christiana religionis locis eorum nomen, atque vsus penitus aboleatur, & nec ad officium huiusmodi exercendum, vllatenus admittantur *β* non obstantibus priuilegijs, Ecclesijs, monasterijs, hospitalibus, pijs locis, & quibusvis, cuiuscumque gradus, status, & dignitatis personis, concessis, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus. *γ* Indulgentias verò, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christi fideles decet priuari, deinceps per Ordinarios locorum, & adhibitis duobus de Capitulo, debitum temporibus & populo publicandas esse decernit. Quibus etiam eleemosynas, atque oblata sibi charitatis subsidia, nulla prorsus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur, vt tandem celestes hos Ecclesiae thesauros non ad questum, sed ad pietatem exerceri, omnes verè intelligant.

1. **V**ide Nauar. de orat. miscel. 66. num. 2. Henric. in summ. lib. 7. cap. 19. à princip. Quarant. in summ. Bullary, verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 26. in fine. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 57. art. 7. & quest. 98. art. 1. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 30. ex num. 34. Auiles ad cap. 51. Pratorum, Auendan. de exequendis mand. lib. 2. cap. 30. Mich. Timoth. de Eccles. vitanã. lib. 1. tract. 2. cap. 12. Perez. l. 2. tit. 8. lib. 1. ordin. pag. 162. col. 2. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. questores, Piafec. in simili praxi part. 2. cap. 3. num. 47. vers. Indulgentias, Galet. in margarita casuum conscient. verb. eleemosyna 1. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 290. Iul. Lauor. de indulgent. p. 2. cap. 13. Vgolin. de officio Episcopi ca. 8. §. 4. num. 6. metipsum in simili tract. part. 3. alleg. 109. & de officio & potest. Parrochi cap. 16. num. 25.

2. *α* Nec ad officium huiusmodi exercendum, &c. Quando Sedes Apostolic. rationabili ex causa concedit alicui pio loco vt possit eleemosynam querere, Episcopo ordinario rescribit per hæc verba.

& eleemosynas, quæ in tua ciuitate & diocesi pro vsu dicti Hospitalis dabuntur, permittas, dummodo personæ, quæ colligent eas, honeste vitæ, & spectata Religionis, & tuo iudicio approbate sint, minimèq; participes datarum eleemosynarum, & questorum nomen nullo modo gerat, sed simpliciter eleemosynarum collectores nuncupentur, quique non publicent vllas indulgentias, nec concionentur, nec circumferant sua priuilegia, nec reliquias, nec minis, aut imprecationibus indicant fideles ad eleemosynam, non campanellam, atque instrumenta similia quadam questorum insignia ferant, pulsent ve ad excitandas personas, non petant eleemosynam tanquam debitam aut solitam, nec vlla arte (etiam pretextu dicendi orationes S. Antonij, aut alterius Sancti, vel alter) extorqueant pecuniam, sed simpliciter, per modestè, &

cmm



cum omni dexteritate petendo eleemosynâ pro sustentatione dicti Hospitalis, recipiant tantum quod sibi liberaliter offertur, neque super his eleemosynis ullam conventionem quovis modo faciant, etiâ in utilitatem dicti Hospitalis. Diligenter autem curabit Amplitudo tua, ut hæc omnia ritè obseruentur, & ad id diligenter animadvertat, immo (quo etiam Sanctitas sua conscientiam tuam gravari voluit) aduigilabit ut quicquid dictarum eleemosynarum nomine fuerit collectum, id totum in usum tantum ipsius Hospitalis, & non in alium conuertatur. Ex quo rescripto requisita plura quæ ad colligendas eleemosynas interueniri debent in personis ad hoc deputatis, colligunt Zerol. d. verb. questores, & Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 7. num. 30. vers. quæstorum. In Hispania autem priuilegio Alexandri VI. ad petitionem Catholicorum Regum Ferdinandi & Elisabeth sunt deputate certæ personæ, ut bene & diligenter examinent, an sint verè literæ, quibus extorquent eleemosynas huiusmodi quæstuarij, quod priuilegium refert ad litteram Azened. l. 37. tit. 6. lib. 3. noua recop.

3. Non obstantibus priuilegijs, &c. ] Ordinarium non obstante qualicumque exemptione posse incarcerare, excommunicare, & castigare huiusmodi eleemosynarum quæstores, prout expedire fuerit arbitratus, resoluit Eras. à Cochier de iurisdic. ordinarij in exemptis p. 2. quæst. 45. num. 96. quem refero d. par. 3. alleg. 109. num. 5. in fine.

4. Priuilegia medicantium ne prohibeantur petere eleemosynas, non sunt abrogata per hoc decretum Concilij, quia in eo tantum abolentur quæstores qui prædicant, vel publicant indulgentias concessas his, qui manus adiutrices porrexerint pijs locis, pro quibus petunt eleemosynam, non verò in mendicantibus pro sui sustentatione quæstuantibus, iuxta quoddam decretum Pij V. reuocantis similes indulgentias quæstuaras concessas porrigentibus manus adiutrices pijs locis, vt per Fr. Emman. d. ro. 2. q. 52. art. 7. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 24. num. 7. Hieron. Roderic. in compendio quæst. regul. resol. 59. num. 5. vbi subdit pro Ordine Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captiuorum extare duas concessiones Benedicti XII. quibus conceditur quæstus eleemosynarum

dicti Ordinis pro redemptione captiuorum.


Fratres Ordinum mendicantium nequaquam posse ab Episcopis prohiberi quominus per se ipsos in diocesis, vbi habent Conuentus, eleemosynas querant, sed tantum si extra loca vbi monasteria existunt, querantur voluerint, teneri suorum superiorum licentiam ordinario ostendere, resoluit Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neap. c. 59. num. 11. Campan. in diuersis iuris Canon. vrb. 12. c. 13. num. 134. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 4. ca. 2. num. 146. Piafec. in praxi Episcop. p. 2. c. 3. num. 47. vers. quoad quæstiones. Ego ipse d. alleg. 109. num. 10.

6. Regulares, qui ex institutione, aut facultate Sedis Apostol. eleemosynas querant, aut aliâ mendicare possunt, non teneri petere ab Ordinarijs licentiam eleemosynas per diocesim petendi, cum in erectione monasteriorum hæc licentia eis tacitè ab Ordinarijs impartita censeatur, vt per Aidan. in compendio canonie, resoluit. lib. 3. tit. 8. num. 6. attestans ita censuisse S. Congreg. Episcop. & Regul. in Venet. 6. Octobris 1597.

7. Indulgentias verò, &c. ] Indulgentias omnes quæstuaras à Pio V. vel prædecessoribus concessas, vel in posterum concedendas quibuscunque personis & locis, pro quibus scilicet consequendis manus sunt porrigendæ adiutrices, etiam quæ quæstuarii facultatem quomodolibet continent, ab ipso Pio V. reuocatas esse asserunt Nauarr. consil. 79. de regular. in antiq. aliâ consil. 3. de panit. in nouis, Sayr. in florib. decif. sub illo tit. de Regularibus decif. 86. Galet. d. verb. Indulgentia 1. Ego ipse d. alleg. 109. num. 12.

8. Adhibitis duobus de Capitulo. ] Ab Episcopo, non verò à Capitulo eligendos esse, refert decifum Iul. Laur. de indulgent. p. 2. c. 18. num. 9. Et si quando adhibentur ab Episcopis, seu locorum Ordinarijs in publicandis indulgentijs, alijve spiritualibus gratijs sine fraude tempore diuini officiorum eos abesse simul cum Episcopo contingat, priuandos non esse distributionibus quodiandis tanquam absentes propter Ecclesiæ utilitatem ex officio sibi attributo, resoluit Monet. de distribut. quotid. par. 2. quæst. 8. num. 16. in vlt. impressione.

9. Populo publicandas, &c. ] De publicatione Indulgentiarum Papalium à Parochis faciendâ, vide Bert. Lucenf. in praxi crim. Regul. tit. 4. ca. 34. num. 3. vers. Indulgentias item, metipsum de Parocho c. 16. num. 19.



S E S S I O XXII.

Doctrina de sacrificio Missæ.

- 1 Doctores de sacrificio Missæ agentes.
- 2 Stipendium licet accipere pro celebranda Missa.
- 3 Quod sit iustum ostenditur.
- 4 Sacerdos recipiens à pluribus plura stipendia pro Missarum celebratione, non potest vnica Missa omnibus satisfacere.
- 5 Portionem etiam minimam ex eleemosynis Missarum celebrandarum, non possunt Ecclesiæ, & loca pia sibi retinere.
- 6 Rector beneficij potest Missam per alium celebrare,

- 7 Sacerdotes verò debent absolutè integram eleemosynam tribuere celebranti.
- 8 Sacerdos qui Missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, non potest eandem Missam alteri celebrandam committere, retenta sibi parte eiusdem eleemosynæ.
- 9 Sacerdoti non licet celebrare Missas anticipatè.
- 10 Præcepto de audienda Missa satisfacit qui horas canonicas ex obligatione recitat.

**S**acro sancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, præsentibus in ea eisdem Apostolicæ Sedis Legatis, vt vetus, absoluta atque omni ex parte perfecta de magno Eucharistiæ mysterio in sancta Catholica Ecclesia fides, atque doctrina retineatur, & in sua puritate, propulsatis erroribus, atque hæresibus, conferuetur de ea, quatenus verum, & singulare sacrificium est, Spiritus sancti illustratione edocta, hæc, quæ sequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

Barb. Collect. in Concil. Trid.